

Acidi sulfurici diluti q. s.,
ut reactio acidula contingatur, tum
pluries conquassando cum

Aetheris q. s.

exquassa, ut substantia in aethere solubilis perfecte extrahatur. Solutio aetherea leni calore destillando ab aethere liberetur. Massa residua destillationi e retorta collo brevi instructa subjiciatur et liquor calore 260—285 in excipulum transiens colligatur. Hic liquor refrigerans in massam crystallinam transit. Haec massa pulverata Benzolum affundendo eluatur et denuo destillationi subjiciatur.

Sint crystallae decoloriae, calore 118° C. liquescentia, facile solubilia in aqua, spiritu et aethere, fere insolubilia in benzolo, chloroformio, alcohole sulfuris. Crystalla liquata calore 276° C. ebulliunt.

Resorcina saepius ex Acidis benzo-
lodosulfuricis (*Benzoldisulfosäuren*) paratur, quae e Benzoli parte una et Acidi sulfurici (1,840 pd. spec.) partibus duabus calore componuntur, colligando cum Natro caustico etc. —
Serva in vitris dense clausis. —
Antipyreticum, antizymoticum, antisepticum fortius. *Usus*: Contra genera morborum loco Acidi carbolici et salicylici. *Dosis*: 0,5—1,0—2,0 ter quaterve per diem. *Dos. max.*: 2,0, pro die 8,0 (*Ph. Hungaric.* 3,0, pro die 10,0). (Parasympptomata: erethismus, tinnitus aurium, epispasmus, deliria)

Revalenta Arabica.

Rp. Seminis Viciae Fabae rubr.
subt. pulverati P. 100
Farinae Hordei praep. P. 50
Salis culinaris pulv. P. 10.
Misce.

Rotulae Menthae piperitae.

Rp. Rotularum Sacchari 2000,0.
Conspergantur l. a. mixtione parata ex
Olei Menth. pip. Angl. 15,0
Spiritus V. alcoholisati vel
absoluti 45,0.
Serva in lagenis vitreis obturatis.
Ph. Germ. Rot. Sacch. 200, Ol. M.
pip. 1, Spirit. 2.

Ph. Austr. Rot. Sacch. 70,0, Ol. M.
pip. et Aetheris ana 1,0.

Rotuli Sacchari.

Rp. Sacchari albissimi q. v.
Subtilissime pulveratum in lebetem minorem, rostro tenui praeditum,ingere et commisce aqua, ut fiat puls crassa, quae inter agitationem calefiat, donec in margine ebullire incipiat, et gutta laminae metallica frigidae instillata statim indurescat. Rostrum lebetis Creta illinatur, ne massa defluat. Guttae deinde in laminam oleo Amygdalarum parce inunctam fac effundantur, ita tamen, ut cum lebetem manu dextra sustineas, bacilli ope calidi rotulae guttatim efficiantur. Rotulae leni calore siccantur.

Saccharinas Chinini, Conchinini, Cinchonidini etc.
Chininum saccharanicum, Conchininum saccharanicum etc.

Rp. Chinini hydrati, vel Conchinini hydrati etc. P. 2
Saccharinae (Sulfinidi benzoici) P. 1.

Conterendo mixtis adde

Spiritus vini absoluti P. 5.

Denuo contritae loco tepido seponantur, donec siccatae sunt. *Doses* eas sulfatum alkaloidium convenientium aequant.

Saccharolatum Colchici.

Saccharure de colchique.

Rp. Succiflorum Colchici recentis P. 2
Sacchari albi
Sacchari lactis aa P. 5.
Misce et calore leniore exsicca.

Saccharolatum Lichenis Islandici.

Saccharuretum Lichenis Island. Pulvis pectoralis Trossii. Gelatina Lichenis Islandici saccharata sicca.
Saccharure de Lichen.

Rp. Lichenis Islandici conc. P. 100.
Aqua frigida ablutis affunde
Aquae destill. frigid. P. 300.
Sepone per horas duodecim, donec amarities lichenis extracta fuerit. Tum

lichen in cribro collectum et aqua ablutum in

Aquae dest. fervidae *P.* 1200
ingere et per horam dimidiam coque. Colaturam primendo collectam sepone loco calido, deinde liquorem paulum pellucidum decanthatum et commixtum cum
Sacchari albi *P.* 100

calore balnei aquae evapora usque ad massam pulposam, quam super catina porcellanea dispansam calore modico exsicca, tum in pulverem subtiliorem redige. Serva in vitris bene obturatis.
Ph. Gall.

Sit pulvis pallidus, e flavescente cinereus, cum tribus partibus aquae coctus gelatinam praebens, odoris expers, saporis dulcis gelatinosi.

Eodem modo paretur:

Saccharolatum Carragaheen
vel Saccharuretum Carragaheen, lichen aqua ablutum cum aqua dest. coquendo et colaturam Saccharo commixtam evaporando. *Ph. Gall.*

Gelatina Lichenis Islandici saccharata sicca.

Rp. Lichenis Islandici concisi *P.* 20
Kali carbonici *P.* 1.

Superfundantur

Aquae communis

ea quantitate, ut lichen obtegatur, stent per horas viginti quatuor et interdum agitentur, deinde liquore colando defuso lichen aqua communi sedulo abluatur, donec sapor amarus et alkalinus consumtus fuerit. Tum lichen

Aquae communis *P.* 250

superfusus in balneo vaporis interdum agitando per horas quatuor coquatur, dein coletur. Coctio haec cum nova aquae quantitate repetatur. Colaturae,

Sacchari optimi *P.* 20

additis, evaporentur, donec in massam pulposam conversi fuerint, quae in frustula parva discrepta exsiccentur.

Massa in pulverem subtiliorem redacta in vitris bene obturatis servetur.

Sit pulvis e griseo fuscus, saporis dulcis, mucilaginosi. (*Praecept. vet.*)

Saccharolatum Magnesiae.

Rp. Magnesiae ustae

Sacchari albi aa *P.*

Misce, ut fiat pulvis subtilis.

Saccharolatum Limacum.

Rp. Limacum vivent. *P.* 2.

Vasi stanneo vel figulino, in basi perforato, immittantur et adspargantur

Sacchari albi pulv. *P.* 1.

Hoc vas, alteri vasi superimpositum, per unam noctem reponatur. Saccharum tum in pituita limacum solutum, si forma syrui tenuioris in vitrum suppositum defluxit, additis

Sacchari albi pulv. *P.* 2,

calore balnei vaporis evaporando agitandoque ad perfectam siccitatem redigatur et in lagena vitrea obturata servetur. Sit pulvis e fusco albidus.

Saccharum aluminatum.

Alumen saccharatum.

Rp. Aluminis

Sacchari albi aa *P.*

Misce, fiat pulvis subtilis.

Saccharum ferratum.

Rp. Sacchari albi *P.* 1000

Ferri oxydati saccharati solubilis *P.* 100

Aquae destill. *P.* 300.

Calefac, ut ebulliant et solutio effecta sit, quam ad crystallisationem sepone.

Saccharum hordeatum.

Gerstenzucker.

Rp. Sacchari albi Indici *P.* 30.

[¹] Affunde

Aquae destill. *P.* 6.

Decoque in cacabo ad consistentiam tabulandi, sed agitationem evita. Tunc cacabum ab igne remove et massae inter lenissimam agitationem ope spatulae tepefactae admisce

Tincturae Croci

guttas nonnullas, ut massa flave tingatur. Dein statim in laminam metallicam vel tabulam marmoream, oleo pingui parce illitam effunde, ut fiant tabulae longae, quas adhuc calidas torqueas.

Rp. Sacchari depurati contusi e

[²] Beta 500,0

Aquae destill. 100,0

Aceti concentrati 10,0

Tincturae Croci *Gutt.* 15.

In cacabum immissa decoque ad consistentiam tabulandi, agitationem evitando. Dein massam effunde, ut supra notatum est, et in tabulas longas, l. a. torquendas redige.

Saccharum Lactis depuratum.

Rp. Sacchari Lactis venalis P. 10.
Solve in

Aquae destill. fervidae P. 30.

Liquorem calidum per pannum laneum colatum sepone loco frigido per dies duos, tum liquidum a crystallis defusum filtratumque evaporando ad volumen dimidium redige et loco frigido sepone, ut crystallae edat. Crystallae haec omnia collecta et soluta in

Aquae destill. fervidae P. 20
vel q. s. paulatim infunde inter agitationem in

Spiritus Vini rectifss. P. 30

et agitationem continua, donec omnia refrixerint. Quo facto sepone per unum diem, dein sedimentum collige, exprime et loco tepido sicca.

Saccharum myrrhatum.

Myrrha saccharata.

Myrrhenzucker (Hoffmann's).

Rp. Myrrhae 10,0

Sacchari 50,0.

M. f. pulv. subt. S. Trihorio cochlear thearium (in phthisi pituitosa).
Ex tempore paretur.

Saccharum Piperoidi.

Rp. Sacchari pulverati P. 300.

Commisce terendo cum solutione e

Piperoidi P. 2 et

Spiritus Vini alcohol. P. 5
parata. Mixtio leni calore exsicceetur.

Saccharum rubrum.

Rp. Sacchari pulverati P. 20

Ligni Santali rubri P. 3.

Pulveratas misce. Ad medicandas Aphthas interdum admisceetur Catechu P. 1.

Saccharum Vichiense.

Vichyzucker.

Rp. Natri bicarbonici P. 1

Sacchari albi P. 20.

Misce, ut fiat pulvis.

Saccharuretum Balsami Tolutani.

Saccharolatum Balsami Tolutani.

Saccharure de baume de Tolu.

Tolubalsamzucker.

Rp. Sacchari in frustulis 100,0.

Consperge

Tinct. Balsami Tolutani 10,0.

Sepone loco vix calido, donec frustula sacchari siccata appareant. Tum frustula in pulverem subtiliorem redacta in vitris bene obturatis et a luce remotis serva.

Eodem modo parentur:

Saccharuretum Aconiti

— Belladonnae

— Caryophyllorum

— Castorei Canad.

— Chinae cort.

— Cinnamomi

— Colchici seminis

— Croci

— Digitalis fol.

— Hyoscyami

— Jalapae

— Ipecacuanhae

— Macidis

— Myrrhae

— Rhei

— Scillae

— Vanillae

— Zingiberis.

Saccharuretum

Lupulinae.

Saccharolatum Lupulini.

Rp. Sacchari in frustulis 100,0.

Consperga

Tinct. Lupulinae 20,0

loco vix tepido sicca et in pulverem subtiliorem redige.

Eodem modo paretur:

Saccharuretum aromaticum

cum Tinct. aromatica.

Sal Alembroth.

Hydrargyrum bichloratum ammoniatum. Alembrothsalz.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi

Ammonii hydrochlorici s. muriatici aa *P.*

Misce conterendo. Sit pulvis subtilis. Haec miscela loco salis crystallati: $(\text{NH}_4)_2\text{HgCl}_4 + 2\text{H}_2\text{O}$ dispensetur. Valde venenosum.

Sal Cheltenhamense

(compositum).
Cheltenhamer Salz.

Rp. Natri sulfurici
Magnesiae sulfuricae
Natrii chlorati aa *P.*
M. f. pulvis grossus.

Sal Gregorii.

Sel de Grégory.

Rp. Morphini hydrochlorici
Codeïni hydrochlorici aa *P.*
M. *Dos. max.* 0,04, pro die 0,12.

Sal Guindrei.

Sel désopilant de Guindre.

Rp. Natri sulfurici sicci 25,0
Kali nitrici 0,5
Tartari stibiati 0,025.
M. f. pulvis.

Sal Kissingense

factitium.

Kissinger Brunnensalz.

Rp. Kalii chlorati *P.* 17
Natrii chlorati *P.* 357
Magnesii sulfurici siccati *P.* 59
Natrii bicarbonici *P.* 107.

Sales hi satis sicci misceantur, ut fiat pulvis subtilis. Grammata novem (9) soluta in litra una (1000 g) Aquae destillatae praebent Aquam Rakoczianam (*Rakoczy-Wasser*). (*Nat. Form.*)

Sal Kissingense factitium effervescens.

Rp. Salis Kissingensis factitii
Natrii bicarbonici aa *P.* 225
Acidi tartarici *P.* 200
Sacchari albi *P.* 100.

Misce, ut fiat pulvis subtilis, qui eadem ratione tractandus est, qua Kalium bromatum effervescens efficitur. (*Nat. Form.*) Grammata viginti octo (28,0) soluta in litra una (1000,0) Aquae

destill. praebent Aquam fontis Rakocziani.

Sal Maris compositum.

Sal marinum factitium.

Rp. Salis culinaris *P.* 5000
Magnesiae sulfuric. *P.* 1000
Calcii chlorati *P.* 200
Kalii iodati *P.* 10
— bromati *P.* 5.
M. f. pulvis grossus.

Sal odoriferum.

Riechsaltz. Odorium für die Tasche.

Rp. Ammonii hydrochlorici
Kalii carbonici aa 30,0
Ammonii carbonici 20,0
Camphorae 5,0
Olei Bergamottae
— flor. Aurantii
— Terebinthinae rectific. aa
Gutt. 10
Magnesiae ustae 2,0.

Primo olea aetherea cum magnesia commisce, tum adde pulveres ceteros. Sit pulvis grossiusculus. D. in vitro clauso.

Sal olfactorium Anglicum.

Sel Anglais. Preston salt.
Englisches Riechsaltz.

Rp. Ammonii chlorati
[¹] Calcariae ustae aa *P.*
Grosse pulveratas et in lagenam immisatas conquassando misce. Tum instilla

Mixturae odoriferae
guttulas nonnullas.

Rp. Ammonii carbonici in parvis
[²] frustulis q. v.

Consperge

Mixturae odoriferae q. s.

Rp. Ammonii carbonici hyalini
[³] in frustulis parvis q. s.
Lagenis parvis eo repletis, affunde mixturam paratam ex

Liquoris Ammonii caustici
duplicis 50,0

Olei Bergamottae *Gutt.* 10
— Rosae
— Cassiae cinnamomeae

Olei Caryophyll. aa *Gutt.* 4

— Lavandulae *Gutt.* 5,

ut sal liquore obtectum sit. Lagenas dein obturatas sepone, donec sal cum liquore in massam cohaerentem coierit.

Sal olfactorium *Smelling.*

Smelling salt.

Rp. Ammonii carbonici *P.* 5

[⁴] Calcariae ustae *P.* 3.

In frustula minora contusis et in vitrum ingestis affunde

Liquoris aromatici ammoniacalis antea notati q. s., ut frustula humectata sint. Vitrum dense obturetur.

Sal praeparatorium.

Natrum stannatum s. stannicum.

Präpariralsalz.

Rp. Liquoris Natri caustici, pd. spec. 1,140—1,145, *P.* 80

Lithargyri praep. *P.* 45

Stanni granulati *P.* 25.

In lebetem ferreum immiscae per sesquihoram coquantur. Tum liquor defusus aut ad pulvis consistentiam evaporetur, aut

Aquae q. s.

diluatur, ut pondus specificum liquoris sit 1,115—1,120.

Nota. Plumbum praecipitatum urendo iterum in Lithargyrum redigatur.

Sal purgans

(Aquarum) Balnei Mariae.

Marienbader Purgiralsalz.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 10

Natri sulfurici siccus *P.* 25

Natrii chlorati *P.* 3

Magnesia sulfuric. siccae *P.* 4

Natri bisulfurici *P.* 5.

Haec salia, unumquodque pulveratum, commisceantur et in lagenis vitreis bene obturatis servantur.

Sal Thermarum

Carolinarum facticium.

Sal Carolinum factitium. *Karlsbader Sprudelsalz. Künstliches Karlsb. Salz.*

I.

In statu crystallino.

Rp. Natrii sulfurici *P.* 150

Natrii carbonici *P.* 120

— chlorati *P.* 36

Kalii sulfurici *P.* 5.

Haec salia quaevis crystallisata calefaciendo solve in

Aquae dest. fervidae *P.* 200.

Liquor colatus evaporando ad crystallisationis momentum redigatur, tum seponatur et interdum paulum agitur. Crystallula collecta, a lixivio separata non abluta, loco tepido siccantur. In lixivio defuso solve

Natrii sulfurici *P.* 30

et liquorem iterum in crystallula ut antea coge; lixivium ultimum autem rejiciatur. Crystallula haec siccata cum antea collectis commisce et in lagenis vitreis obturatis serva.

Sint crystallula parva regularia, fati-scentia.

Aqua Carolina artificialis: 6,0 salis antea notati soluta in aquae 1000,0.

II.

In statu amorphico.

Rp. Natrii sulfurici exsiccati 44,0

Kalii sulfurici 2,0

Natrii chlorati 18,0

— bicarbonici 36,0.

Misce. Fiat pulvis grossus. *Ph. Germ.* Grammata sex hujus pulveris mixti soluta in Litra una (1000 g) Aquae destillatae praebent Aquam Carolinam factitiam. (*Ph. Fenn.*)

Sal Thermarum

Carolinarum factitium

effervescens.

Sal Carolinum factitium effervescens.

Rp. Salis Thermarum Carolinarum factitii (II) pulverei 320,0

Natrii bicarbonici 630,0

Acidi tartarici 560,0

Sacchari albi 240,0.

Misce, ut fiat pulvis subtilis, qui eadem ratione tractetur, quae in praeepto ad parationem Kalii bromati effervescens notata est. Grammata triginta (30,0) soluta in litra una (1000,0) Aquae destillatae praebent Aquam Carolinam (*Sprudelwasser*) (*Nat. Form.*)

Sal Thermarum Cheltenhamensium.*Cheltenhamer Badesalz. Cheltenhamer Salz.*

Rp. Magnesiae sulfuricae siccae
Natrii sulfurici sicci
Natrii chlorati aa 30,0.

M. D. S. Mane cochlear unum repletum in aqua solvatur et sumatur.

Sal Vichyanum factitium.*Vichy-Salz. Grande-Grille-Salz.*

Rp. Natrii bicarbonici P. 352
Kalii carbonici
Magnesii sulfurici exsiccati
aa P. 16
Natrii chlorati P. 32.

Misce, ut fiat pulvis. Grammata quinque (5,0) soluta in litra una (1000,0) Aquae destillatae praebent Aquam fontis de la Grande-Grille. (Nat. Form.)

Sal Vichyanum factitium effervescens.

Rp. Salis Vichyani factitii P. 430
Natrii bicarbonici P. 570
Acidi tartarici P. 510
Sacchari albi P. 240.

Misce, ut fiat pulvis subtilis, qui eadem ratione tractandus est, qua Kalium bromatum effervescens efficitur. Grammata viginti (20,0) soluta in litra una (1000,0) Aquae destillatae praebent Aquam fontis de la Grande-Grille.

Sal Vichyanum factitium effervescens cum Lithio.

Rp. Salis Vichiani factitii P. 280
Lithii citrici P. 100
Natrii bicarbonici P. 610
Acidi tartarici P. 540
Sacchari albi P. 270.

Misce, ut fiat pulvis subtilis. Hic pulvis eo modo tractetur quo paratio Kalii bromati effervescentis efficitur. Grammata 64,3 continent Salis Vichyani factitii 10,0 g. Grammata 1,8 g continent 0,1 g Lithii citrici. (Nat. Form.)

Salia ad balnea electrochemica Pennesii.*Sels de Pennés pour bains.*

Rp. Kalii bromati
— jodati aa P. 2
Natrii carbonici dilapsi P. 500
— phosphorici P. 20
— sulfurici dilapsi
Boracis aa P. 10
Natrii chlorati P. 100
Ferri sulfurici P. 2
Olei Rorismarini
— Thymi aa P. 1
— Lavandulae P. 1/2.
M., ut fiat pulvis.

Salicina. $C_{13}H_{18}O_7 \sim C^{26}H^{18}O^{14} = 286$. Salicinum.

Rp. Corticis Salicis, qui Salicinam continet*), siccati P. 20
(aut corticis recentis P. 45). Concisis affunde

Aquae P. 120.

Digerere calore balnei aquae ebullientis per 24 horas, tum exprimendo cola. Residuo denuo affunde

Aquae ferventis P. 60,

digere atque exprimendo cola.

Liquores commixti, additis

Lythargyri praep. P. 3,

leni calore per diem unum digerantur, saepius agitentur et loco frigido seponantur. Dein liquor decanthatus et filtratus igne aperto et inter agitationem ad remanentiam partium circiter 5 evaporetur, et admixtis

Carbonis vegetabilis grosso modo pulverati P. 2,

calore balnei vaporis ad siccum redigatur. Residuo calore hypocausti plane exsiccat, tum pulverato affunde

Spiritus V. rectfss. P. 10

et per aliquot horas digere. Liquore adhuc calido filtrando defuso, residuum Spiritus Vini quantitate sufficiente tracta, quamdiu Spiritus aliquid amari solvit. Tincturae, additis


Aquae destill. P. 2

*) Salix alba, fragilis, pentandra, purpurea, Helix, vitellina etc. sunt salicinigeræ.

et Spiritu Vini leni destillatione elicit, ad partes remanentes 2 evaporantur, quas loco frigido seponere per 4 dies. Crystalla orta, colando exprimendoque collecta siccantur et solvendo in aqua, atque digerendo cum Carbone animali depurato et iterata crystallisatione depurantur. Efficiuntur circiter P. 0,4. Sint crystallula alba nitentia. Lixivia ultima evaporando et refrigerando crystallata nonnulla edunt. *Dosis*: 0,3—0,5—1,0 ter quaterve per diem (antipyreticum).

Salipyrinum.

Salicylas Antipyrini. Antipyrinum salicylicum.



Rp. Antipyrini 100,0

Aquae destill. 1000,0.

In lebetem manubriatum porcellaneum ingestis et usque ad ebullitionem calefactis adde

Acidi salicylici 73,5,

tum per minuta quinque agita, calefactionem peragendo, donec solutio fere perfecta sit. Dein seponere loco frigido. Post diem unum crystallata collige et inter strata chartae bibulae dispersa loco vix tepido sicca. Lixivium matrix leni calore evaporando ad volumen dimidium reductum seponendoque crystallata demittit. Crystalla decoloria sunt solubilia in aquae frigidae p. 240, aquae calidae (50—60° C.) p. 25, facile solubilia in spiritu, Chloroformio, Benzina. Antipyreticum. *Dos.*: 0,5—1,0—1,5 bihorio vel trihorio. *Dos. maxima*: 2,0, pro die 7,5.

Salitura Carnis.

Conservemischungen.

I.

Sal carniservatorium.

Fleischconservesalz.

Rp. Salis culinaris 70,0

Kali nitrici 15,0

Kali sulfurici 5,0

Acidi salicylici 10,0.

Misce. Fiat pulvis semisubtilis. *Usus*: Caro recens, pisces pulvere infricantur, tum vel charta vel texto linteo involuti loco frigido usque ad usum seponuntur.

II.

Miscela conservatrix.

Conspergir-Conservesalz.

Rp. Acidi borici 10,0

Acidi salicylici 20,0

Salis culinaris 40,0

Kali nitrici

Boracis aa 15,0.

Misce. *Usus*: In ea re haec miscela adhibeatur, in qua ablutio aquosa perfecta difficile efficienda est.

III.

Conserve-Aufstreupulver.

Rp. Acidi salicylici 5,0

Boracis pulv. 10,0

Sacchari crystall. albi 85,0.

M. f. pulvis semisubtilis.

Salolo-Collodium.

Collodium salolatum.

Rp. Saloli triti 5,0.

Solve in

Aetheris 7,5.


Hunc liquorem commisce cum

Collodii 50,0.

Usus: Ad sanationem celeriore vulnere.

Salolum.

Salicylas phenylicus.



Rp. Natrii phenylici 24,0

— salicylici 34,0

Phosphori trichlorati 14,0.

Mixta et in crucibulum porcellaneum ingesta calefac, donec in massam semifluidam transducta fuerint. Massam refrigeratam, in pulverem contusam aqua destillata tamdiu elue, donec natrium chloratum et metaphosphoricum plane dempta sunt. Tum solvendo calore modico in

Spiritu vini absoluto

et seponendo massa crystallina in crystallula tabelliformia transducatur. Sit pulvis crystallinus decolor, saporis expers, odoris exilis aromatici, in aqua fere insolubilis, in spiritu, aethere, oleis facilius solubilis. Antipyreticum, antirheumaticum, desinfectans et antisepticum. *Dosis*: 1,0—2,0 ter quaterve per diem, pro die 4,0—8,0. In formam

compressam transductum plerumque adhibetur.

Betolum s. Naphthalolum

aequali modo e Natrio naphtolato et Natrio salicylico paratur. Est sine sapore et odore. Pulvis crystallinus, in aqua insolubilis, in Spiritu calefacto facilius solubilis. *Dosis:* 0,5—1,0—2,0 ter quaterve per diem (cattarrhus vesicae, arthrorheuma acutum). Salolum Betolo praefertur.

Sanguis bovinus inspissatus.

Extractum Sanguinis bovini.

Rp. Sanguinem bovinum recent.

Statim colatum inter assiduam agitationem calefac, donec in massam pulviformem grumulosamque coëat, quam loco usque ad 40—60° C. therm. calefacto sepone et saepius agita. Residuum plane siccatum in pulverem subtiliorum redige et in vitris obturatis serva.

Dos.: 0,5—1,0 ter quaterve per diem (atrophia, chlorosis).

Sanguis Draconis
facticius.

Resina ubra. (*Ad usum mercat.*)

Rp. Resinae Pini *P. 2.*

Liquatis admisce

Boli rubrae *P. 1.*

Inter agitationem calfacere perge, donec aqua adhaerens evaporata sit. Massam refrigeratam in pulverem redige.

Usus: Hic pulvis loco Sanguinis Draconis ad medicinam praeposteram et sympatheticam a rusticis postulat.

Santonina.

Acidum santonicum. Santoninum.

Cininum.

$C_{17}H_{18}O_3 \sim C^{30}H^{18}O^6 = 246.$

Rp. Florum Cinae Halepensis*)
contus. *P. 16*

Aquae communis *P. 150.*

Coquantur in vesica destillatoria, et destillando partes 20 vel quantum ad olei aetheri maximam partem expel-

*) i. q. Flores Artemisiae Vahlianae Kostel.

lendam opus erit, eliciantur. Tum fluido in vesica remanenti

Calcariae hydratae *P. 5*

admixtis, coque per horam unam et cola. Residuum, iterum

Calcariae hydratae *P. 2*

admixtis et

Aquae *P. 100*

affusis, denno per horam unam decoquatur. Fluida exprimendo colata et commixta sedimentando decanthandoque depurentur, tum evaporando ad remanentes

Partes 50

redacta, atque fervida cum

Acidi hydrochlorici crudi

quantitate ea commisceantur, ut acidi aliquantum praevaleat. Deinde per 5—6 dies sepone, et, massa resinosa in superficie fluidi natante rejecta ac liquore defuso, sedimentum supra colatorium collige, exprime, ope aquae, cui Liquor Ammonii causticus admixtus est, elue, iterum exprime, denique calore leni sica. Massae siccatae et cum Carbonis animalis q. s. commixtae affunde

Spiritus Vini rectfss. 10plum.

Digere et ad ebullitionem calefac. Liquor fervidus statim filtretur et, carbone in filtro remanente Spiritus Vini ferventis aliquantulo abluto, ad crystallisationem loco frigido et obscuro seponatur. Crystallis inde ortis collectis, e lixivio residuo evaporando et refrigerando crystallata elice.

Crystalla omnia commixta et in Spiritus Vini rectificatissimi 4plo soluta crystallatione iterata depurentur et loco obscuro siccantur. Serventur in vitris a luce remotis vel denigratis. 100 *P.* florum Cinae edunt circiter *P. 2—2,3* Santoninae. Sint crystallula decoloria nitentia, solubilia in aquae p. 5000, aq. fervidae p. 250.

Vermifugum. *Dosis:* Infanti minori, 0,02, infanti bienni et sexenni 0,04 adulto 0,05—0,07. *Dosis maxima:* 0,1, pro die 0,5 (0,3 *Ph. Austr.*)

Sapo ammoniatus.

Rp. Ammonii chlorati
Saponis viridis aa *P.*

M.

Sapo amorphus.

Corpus saponum medicamentariorum
Sapo cocoïnus.

Rp. Sebi taurini recentis P. 30
Olei Cocoïis P. 36.

In lebetem ferreum vel porcellaneum immissae et leni calore liquatae seponantur, donec ad circiter 17,5 vel 20° C. usque refrixerint. Tum inter agitationem exactam immisce

Natri caustici soluti, pond.
spec. 1,365—1,370, P. 32

Kali caustici soluti, pond.
spec. 1,33 P. 2 ad 3,

ut fiat puls aequabilis, quae in lebetem aut in cistam ligneam translata per horam unam loco tepido (25—30° C.) seponatur. Massa dein loco frigido seposita rigescit.

Admixtio corporum medicamentosorum eo modo efficiatur, ut haec in massam agitando ad pultem aequabilem redactam ingeras et agitatione forti immisceas. Mixture post aliquot horas rigescens aut in frusta disci- dendo dividatur, aut in modulos imprimatur. Frusta saponis mixti per aliquot dies seponendo paululum desiccata charta vel stanno foliato involvantur.

Sapo amygdalinus.

Sapo medicatus Ph. Fenn.

Paretur ex Oleo Amygdalarum expresso et Liquore Natri caustico uti Sapo medicatus.

‡ Sapo antiscabiosus.

Sapo petroleolatus.

Petrolseife. Räu- delseife.

Rp. Saponis domestici 30,0

Cerae Japonicae 10,0.

Concisis contusisque affunde

Spiritus Vini 80,0

Liquoris Natri caustici 10,0.

Digere, interdum agitando, donec solutio effecta fuerit. Tum adde

Petrolei 40,0

Olei Citri 5,0

Spiritus Vini absoluti 30,0, antea commixta. Mixture tepidam fortiter conqussatum in pyxides laminarias effunde. Sapo contra pust-

Hager.

las, scabiem, lepram, porriginem etc. animalium domesticorum adhibetur.

Sapo aromaticus

ad balneum.

Rp. Saponis Hispanici P. 100

Amyli P. 50

Radici Iridis Flor. P. 25

Olei Bergamottae P. 2

— Citri corticis

— Lavandulae

Balsami Peruviani (aa P. 1.

Misce. Fiat pulvis. Ph. Bor. vet.

Corpus in balneo sapone hoc defri- candum lavandumque est.

Sapo arsenicatus.

Arsenikseife.

Rp. Acidi arsenicosi pulv. 100,0

Kali carbonici dep. 50,0

Aquae communis 100,0.

Coque, donec solutio effecta fuerit, tum admisce

Saponis pulverati 100,0

Calcariae ustae pulv. 12,5,

postremum

Camphorae 4,0.

Usus: Ad cadavera bestiarum mu- nienda.

Sapo Bareginensis.

Savon de Barèges.

Rp. Natrii sulfurati

Natri carbonici sicci

Natrii chlorati (aa P. 2

Saponis pulv. P. 25.

M. Detur ad vitrum.

Sapo boraxatus.

Rp. Saponis amorphi P. 100.

Mixtione recenti paratis immisce

Olei Cocoïis P. 3

Mixturae odoratae P. 1.

Dein adde mixturem paratam sol- vendo e

Boracis P. 8

Kali carbonici P. 2

Aquae calidae P. 25

et celeriter agita, ut fiat massa aequa- bilis, ne antehac rigescat. Massa adhuc pultiformis in modulum ingeratur.

Sapo butyrinus.*Butterseife.*

Rp. Butyri vaccini q. v.

Affuso aquae pondere circiter dimidio, calore balnei aquae liquescat, et addatur

Natri carbonici crystallisati pars vicesima ponderis butyri. Interdum bene agita, tum sepone, ut butyrum ab aqua secedat et frigescat. Hoc modo

Butyri eloti P. 40—42

in vas porcellaneum, in balneo aquae colloatum immissis adde inter agitandum

Liquorem Natri caustici hoc modo paratum:

Rp. Natri carbonici depurati P. 30
Aquae fervidae P. 200.

In lebetem ferreum ingestas usque ad ebullitionem calefac, dein paulatim adjice

Calcariae ustae recentis pulveratae P. 8.

Coque per horae quadrantem, per lineum cola et liquorem in lagenam obturandam infusum ad subsidendum sepone. Liquor decanthando et, si opus fuerit, filtrando depuratus evaporetur, donec circiter

Partes 35

supersint, quae illis Butyri eloti paribus 40 admisceantur.

Calore balnei aquae ebullentis miscelam, interdum agitando, tandiu digerere perge, donec saponificatio peracta sit, et portiuncula exenta in laminam vitream translata post refrigerationem ad gelatinam aequabilem pellucidamque congelet. Miscelam per horam unam digerere perge. Tum admiscee solutionem filtratam, ex

Salis culinaris P. 10

Natri carbonici cryst. P. 1

Aquae communis P. 30

paratam, bene agita et usque ad ebullitionem calefac, ut sapo secernatur. Tum per diem unum sepone loco frigido, dein saponem lixivio innatantem aufer, aqua ablue et in taleolas scissum loco tepido exsiccata. (Conf. Sap. medicat.)

Sapo calcareus.

Rp. Saponis domestici P. 8.

Solve in

Aquae calidae P. 80.

Colatis, adhuc calidis instilla liquorem e

Calcii chlorati P. 3 et

Aquae P. 15

paratum, quamdiu praecipitatum inde exoritur, quod in linteo collige, aqua ablue, exprime et sicca.

Sapo camphoratus.*Kampferseife.*

Rp. Camphorae 15,0.

Solve in

[1] Spiritus V. rectfss. 50,0

Olei Bergamottae 5,0.

Hunc liquorem funde in vitrum, cui antea in lamellas scissa

Saponis sebacei recentis 150,0 immissa et

Glycerinae 15,0

infusa sunt. Tum digere, interdum agitando, donec massa pulposa effecta fuerit. Massam in formas e lamina ferrea comparatas transfer.

Ph. Helvet. Sapon. domest. 40,0, Camphorae pulv. 2,5. Malaxando commixta in globulos vel tabulas fermentur et in aëre siccantur.

Rp. Saponis amorphi P. 100.

[2] Mixtione recenti effectis inter agitationem continuam admiscee

Camphorae P. 5

antea calore adhibito solutas in

Olei Coccois P. 10.

Tum admiscee

Natri caustici soluti, pond.

spec. 1,363—1,370, P. 5.

Massa optime agitata seponatur, ut rigescat. Conferatur Sapo amorphus.

Sapo chloratus.

Rp. Saponis amorphi P. 100.

Mixtione recenti effectis admiscee

Liq. Natri hypochlorosi P. 20

et agita, ut fiat puls aequabilis. Conferatur: Sapo amorphus.

Sapo cosmeticus.

Rp. Saponis amorphi P. 100.

Mixtione recentis effectis adde
Talcı Veneti subıt. pulv. P. 20
Mixturae odoratae P. 3.
Conf. Sapo amorphus.

Sapo Crotonis.

Paretur ex Oleo Crotonis et Li-
quore Natri caustico uti Sapo me-
dicatus. *Dosis*: 0,1—0,15—0,25 Gm.

**Sapo
desinficiens phenylatus.**

Rp. Saponis cocoını recens parati,
adhuc calidi P. 150.

Agitando immisce liquorem solvendo
paratum ex

Olei carbolici dep. P. 6

Olei Citri P. 1

Kali hydrici sicci P. 2

Spiritus Vini fortioris P. 10.

Tum massa in modulos imprimatur.

Sapo domesticus.

Sapo communis. Sapo natricus cru-
dus. Sapo animalis.

Plerumque paretur ex adipe suis,
sebo bovis, adipe equi etc. et natro
caustico.

Sapo fellitus.

Gallseife.

Rp. Fellis taurini inspiss. P. 8

Saponis domest. P. 60

Sacchari albi P. 12

Terebinthinae Venetae

Mellis crudi aa P. 4

Liquoris Ammonii caust. P. 2.

Subigendo fiat massa.

Sapo ferricus liquidus.

Flüssige Eisenseife.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati,
pond. sp. 1,281, vel con-
tinentis in centenis partibus
ferri partes 10, P. 60.

Dilutis

Aquae destillatae frigidae vo-
lumine vigintuplici
instilla inter agitationem

Liquoris Ammonii caustici,

pond. spec. 0,96 P. 60

antea dilutas

Aquae dest. frigidae volumine
decuplici

Post aliquod tempus praecipitatum
filtrı ope collige et aqua frigida bene
elue. Post liquoris aquosi defluxum
praecipitatum madidum ingere in pa-
tinam porcellaneam et exactissime com-
misce cum

Kali caustici fusi P. 1
antea soluta

Aquae dest. frigidae P. 3

(vel cum Liquoris Kali caustici, pond.
spec. 1,3, P. 3). Quo facto inter assi-
duam agitationem admisce

Acidi oleınici P. 100

deinde, aqua a pulte exorta defusa, de-
nuo admisce

Acidi oleınici P. 50.

Tum patinam loco tepido per unam
horam sepone, deinde in balneo aquae
colloca, interdum agitando. Post horas
duodecim sepone loco tepido, ut par-
tes aquosae cum ferro oxydato non
soluta sedimentent. Postremo liquorem
oleosum limpidum, e rubro fuscum de-
cathando collige.

Sapo glycerinatus.

Glycerinseife.

Rp. Saponis amorphi P. 200.

[1] Mixtione recentis effectis admisce
inter agitationem

Glycerinae P. 15

Olei Amygdal. aeth. P. 1

Olei Bergamottae P. 3.

Conferatur: Sapo amorphus.

Sapo glycerinatus pellucidus.

Rp. Saponis oleacei P. 150

[2] Saponis butyrini P. 50

Glycerinae P. 15

Spiritus V. rectifss. P. 800.

Solve digerendo calore balnei aquae
et filtra. E liquore filtrato destillando
Spiritus Vini maxima ex parte elicia-
tur, et massa, admixtis

Olei Melissa Ostindici et

Olei Bergamottae aa P. 2

solutis in

Spiritus V. absoluti P. 10,

in modulos ingeratur.

**Sapo
glycerinatus liquidus.**

Glycerina saponata.

Rp. Saponis oleacei *P.* 10

[¹] Glycerinae *P.* 150

Kali carbonici *P.* 5

Spiritus *V.* rectfss.

Aquae Naphae

Aquae destill. $\widehat{a}a$ *P.* 150

Olei Naphae et

Olei Bergamottae *q. s.*

Digere, sepone per aliquot dies et filtra.

Glycerina saponata *Hebra.*

Rp. Saponis cocoini neutralis na-

[²] trici pulv. 10,0

Glycerinae 90,0.

Calore balnei aquae solutio efficiatur, et liquor fervidus filtretur.

Sapo guajacinus.

Rp. Kali caustici sicci *P.* 1

Resinae Guajaci pulv. *P.* 2.

Conterendo mixtis instilla

Aquae destill.

guttulas nonnullas, ut fiat massa pilularis.

Paretur, quoties usus poscit.

Ph. Bor. vet. Liq. Kali caust. 5, Aq. dest. 10. Calefactis paulatim admisce Resinae Guajaci pulv. 4 vel quantum solvitur, aquam evaporatione diminutam restituendo. Liquor filtratus ad massae pilularis densitatem evaporando redigatur.

Ph. Bav. Paretur aequali modo quo Sapo jalapinus.

Sapo Gummi Gutti.

Rp. Gutti *P.* 1

Saponis medicati *P.* 2

Spiritus Vini rectf. *P.* 15.

Solve calore adhibito et liquorem fervidum filtratum calore balnei vaporis ad siccum evapora.

Sapo jalapinus.

Massa pilularum Resinae Jalapae.

Rp. Resinae Jalapae

Saponis medicati $\widehat{a}a$ *P.* 10.

Pulveratas et mixtas commisce cum

Spiritus *V.* alcoholisati *P.* 5.

Tum in balneo vaporis ad massae pilularis consistentiam evaporentur, ita ut pondus massae totius aequet Partes 22½. (*Ph. Germ.* praecipit Spiritus diluti *P.* 20.)

Dos. drastica: 1,0—1,5—2,0; *dos. purgativa* 0,2—0,3—0,5 ter quaterve per diem (det. in pilulis).

Sapo jodato-sulfuratus.

Sapo sulfurato-jodatus.

Rp. Kalii jodati *P.* 1

Calcii sulfurati *P.* 2.

Conterendo mixtae subigantur in

Saponis amorphi *P.* 17

mixtione recenti effectis. Massam in modulos preme. Quodvis frustum sit ponderis 50 Grammatum.

Sapo jodatus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 150.

Mixtione recens effectis admisce

Natri hyposulfurosi *P.* 4

solutas in

Aquae destillatae *P.* 4.

Mixtione peracta, adde

Kalii jodati *P.* 20

solutas in

Aquae destillatae *P.* 20

postremum immisce

Olei Bergamottae *P.* 1.

Massa in modulos imprimatur. Frustum sit ponderis 50 Grammatum.

Sapo jodo-bromatus

Aquisgranensis.

*Aachener brom- und jodhaltige
Schwefelseife.*

Rp. Liquoris Kali caustici

Liquoris Natri caustici

Aquae destill. $\widehat{a}a$ 100,0

Olei Papaveris 300,0.

Commixta, in balneo aquae collocata saepius agentur, donec in massam saponaceam mollem transierint, cui immisceantur

Kalii jodati 10,0

Kalii bromati 5,0

Natri subsulfurosi 30,0

Kalii sulfurati 10,0

Sulfuris praecipitati 2,5

antea pulverata et commixta. Massa in ollis vitreis dispensetur.

Sapo kalinus

Pharmacopoeiarum

est sapo in mercatura nominibus his significatus: Sapo kalinus venalis. Sapo niger s. viridis, Sapo mollis, Sapo kalicus. *Soft Soap, Green Soap, Savon noir, Savon vert, Schmierseife, Schwarze Seife, Grüne Seife.* Ex Oleo Cannabis, Rapae etc. et lixivio kalino paratus.

Praeceptum

Pharmacopoeae Germanicae.

Rp. Olei Lini P. 20.

In catinum stanneum vel porcellaneum ingestis et calefactis inter agitationem adde

Liquoris Kali caustici (15% KOH) P. 27

dilutas commiscendo cum

Spirit. Vini rectifss. P. 2.

Tum in balneo vaporario calefac, donec saponificatio effecta fuerit. Massa e fusciscente flava, pellucida mollis, lubrica, odoris minoris saponacei.

Sapo kalinus venalis, ille Sapo viridis, tantummodo exhibeatur, si a medico verbum „venalis“ in praecepto notatum est. *Ph. Germanica.*

Sapo kalinus albus.

Rp. Adipis suilli (vel Olei Olivae) P. 20

Liquoris Kali caustici (pond. spec. 1,33) P. 10 vel q. s.

In ollam porcellaneam immissae calore balnei vaporis stent per dies duos, et interdum agitentur. Tum, affusis Aquae destillatae P. 5, usque ad ebullitionem calefac. Sepone loco frigido, dein saponem collige et serva.

Sapo kreosotatus

(Auspitz).

Kreosotseife.

Rp. Sebi taurini

Olei Cocois aa 15,0

Liq. Kali caustici 22,5.

Coque. Saponi effecto admisce

Lapidis Pumicis subt. pulv. 15,0

Kreosoti 4,0

Olei Cinnamomi 1,2

Olei Citri 2,5.

Formentur frustula ponderis 75,0.

Usus: Affectiones pelliculares parasiticae, eczema, psoriasis, prurigo hoc sapone sanantur.

Sapo Kreosoti globulatus.

Kreosotseifenkugel.

Rp. Saponis Hispanici albi pulv. 470,0

Kali carbonici 5,0.

Mixtis immisce liquorem paratum e

Kreosoti 10,0

Olei Caryophylli

— Cinnamomi

— Bergamottae aa 2,5

Spiritus vini (90%) 40,0

Glycerinae 30,0,

deinde

Aquae aromaticae q. s., ut fiat massa densa depsitica, ex qua globuli decem vel ponderis 50,0—52,0 formentur. Pulvere lapidis specularis conspergantur. Ad usum desinficientem et contra pityriasin, psoriasin, comedones, exanthemata.

Sapo medicatus.

Rp. Natri carbonici cryst. P. 28.

In lebetem ferreum ingestas solve in

Aquae fervidae P. 200.

Liquori usque ad ebullitionem calefacto adde paulatim

Calcariae ustae, recentis pulveratae P. 8.

Coque per horae quadrantem. Liquor tum per linteum colatus et in lagena obturata subsidendo, tum decanthando depuratus evaporetur, donec

Partes 32

supersint (aut donec pondus specificum liquoris residui aequet 1,25).

Liquori calefacto, in vas figulinum vel porcellaneum ingesto admisce

Olei Olivarum Provincialis

P. 40

(aut partes 46 hujus Olei partibus 24 liquoris caustici ponderis specifici 1,333).

Hoc facto, optime agita spatula lignea, digerere calore balnei vaporis perge et iterum agita, donec saponi-

ficatio peracta sit, et portiuncula massae exempta in laminam vitream translata et refrigerata ad gelatinam aequabilem pellucidamque congelet. Dein eodem calore per horam unam circiter digerere perge, et admisce solutionem filtratam fervidam, paratam e

Salis culinaris *P.* 10

Natri carbonici cryst. *P.* 1

Aquae destillatae *P.* 30.

Optime et diligenter agita et ad ebullitionem usque calefac, ut sapo secernatur.

Post refrigerationem saponem lixivio innatantem aufer, Aquae destillatae paulo ablue et inter linteum sensim et fortiter exprime. Deinde saponem primum in vase porcellaneo extensum loco tepido, postremo in scobes reductum exsicca et in pulverem redige, quem in vasis obturatis serves. Sit pulvis albus, non rancidus. Efficiuntur circiter *P.* 50.

Nota. Si vis Natrum causticum venale adhibere, *P.* 10 ejusdem solutae in Aquae destillatae *P.* 25 sufficiunt.

Indicium saponificationis finitae hoc erit, si mixtura e pinguedine et liquore caustico effecta est homogenea et diaphana vel pellucida. Si massam turbidulam vel turbidam exhibet, portiunculam cum aequali volumine Aquae destillatae commisce, quae dein adhuc turbida indicat massae paulum liquoris Natri caustici admiscendum.

Ph. Germ. Liq. Natri caust. (15% NaOH) 120, Adipis suilli et Olei Olivae ana 50, Spirit. vini 12, Aquae 200. Saponificatione peracta, addatur liq. filtrat. parat. e salis culinaris 25, Natri carbonici crudi 3 et Aq. 80. Massa abluta, tum siccata in pulverem redigatur.

Ph. Austr. praecipit Axungiae Porci 20, Liq. Natri caust. (p. sp. 1,35) 10.

Sapo medicinalis liquidus.

Flüssige Seife zum äusserlichen Gebrauch.

Rp. Kali caustici 10,0.

Solve in

Aquae destillatae 10,0.

Tum adde

Olei Olivae opt. 40,0

Spiritus Vini absoluti 5,0

et fortiter conquassa. Sepone loco tepido per horas duas, vase leviter clauso, et saepius agita. Dein inter agitationem usque ad 70–80° C. calefac, tum sepone et liquori semirefrigerato admisce

Aquae destill. calidae q. s., ut grm. 175,0 expleantur et centenae partes p. 25 saponis contineant. Liquor ad 50° C. calefactus filtratur. Sit spissitudinis syrups spissioris.

Sapo Medullae bovinae.

Sapon animal.

Paretur e Medulla bovina colando depurata uti Sapo medicatus.

Sapo mellitus.

Sapo Mellis. Honigseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.

Mixtione recenti effectis adde

Mellis depurati

Sacchari tosti inspissati consistentiae mellaginis aa *P.* 5

Mixturae odoriferae *P.* 3.

Fiat agitando massa, quam refrigeratam in frustula parallelepipedica redigas. Frustula tum glabrata chartae involvantur et signentur.

Sapo mercurialis.

Sapo hydrargyratus.

Rp. Saponis amorphi 25,0

Liquoris Natri caustici (pd. spec. 1,3) 1,0.

Leni calore mixtis admisce

Hydrargyri 12,0

antea conterendo cum

Unguenti Hydrarg. cin. 3,0
perfecte exstincta.

Sapo mercurialis Heberti.

Rp. Hydrargyri *P.* 125.

Solve macerando leni calore in

Acidi nitrici puri *P.* 250.

Liquorem adhuc calidum sensim et inter agitationem commisce cum

Sebi liquati *P.* 530,

donec mistio emplatri consistentiam acceperit. Massa deinde in mortario porcellaneo, paulatim addendo

Liquoris Natri caustici (p. spec. 1,33) *P.* 360

ita conteratur, ut homogenea (aequalis) miscela efficiatur.

Sapo Nucistae.

Paretur ex Oleo Nucistae colato eodem modo atque Sapo medicatus.

Sapo Olei Jecoris Aselli.

Thranseife. Leberthranseife.

Paretur ex

Olei Jecoris Aselli *P.* 30

Sebi taurini *P.* 10

Olei Coccois *P.* 15

eodem modo quo Sapo amorphus, nisi quod massa saponacea in frusta solida ponderis Grammatum 50 redigatur.

Sapo Picis liquidae.

Theerseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.

Mixtione recenti effectis admisce

Picis liquidae

Olei Rusci (betulini) *aa P.* 3

Olei Bergamottae

Olei Citri corticis

Benzinae *aa P.* 2

Amyli pulv. *P.* 15,

ut agitando fiat massa, quae, postquam riguerit, in frusta parallelepipedica redacta per unum vel duos dies seponatur. Tum stanno foliato obvolvatur et servetur.

Sapo piceus.

Rp. Saponis domestici *P.* 20.

In mortarium immissis et pinsendo, calore balnei aquae, cum

Aquae communis *P.* 5

mixtis addantur

Picis liquidae *P.* 7.

Massa in capsulas transmissa calore hypocausti siccetur, tum in frustula dissecetur. *Ph. Russ.*

Sapo Picis.

Rp. Saponis viridis *P.* 3

Picis liquidae *P.* 1.

Misce. *Ph. Neerlandica.*

Sapo Picis Lithanthracis.

Pix Lithanthracis saponata. *Coaltar saponine. Savon desinfective de Demaux et Corne. Steinkohlentheerseife.*

Rp. Picis Lithanthracis

Saponis domestici pulv.

Spiritus Vini rectifss. *aa P.*

In cucurbitam vitream immissas digere, donec solutio effecta fuerit, dein massam in modulos effunde, ut refrigeret.

Liquor saponato-lithanthracicus.

Rp. Saponis Picis Lithanthracis

P. 3.

Concisae leni calore solvantur in

Aquae destillatae *P.* 100.

Fiat liquor lacteus.

Sapo Pumicis.

Bimsteinseife.

Rp. Lapidis Pumicis subtilissime

pulv. *P.* 1

Saponis amorphi recentis

P. 10.

M. l. a., ut fiant frusta ponderis Grammatum centum. Conferatur Sapo amorphus.

Sapo Ricini.

Sapo riciniens.

Paretur ex Oleo Ricini uti Sapo medicatus.

Sapo contra Scabiem.

Sapo purgatorius. *Krätzseife.*

Rp. Radicis Hellebori albi subtilissime

pulv. *P.* 25

Balsami Peruviani

Acidi carbonici puri

Mixturae odoriferae *aa P.* 10.

Mixtis adde

Saponis sebacini, non siccati

P. 200

antea cum

Aquae communis *P.* 25

calore balnei vaporis emollitas. Fiat massa, quae in frustula parallelepipedica redacta stanno foliato obvolvatur.

Sapo stibiatus.

Sapo antimonialis.

Rp. Stibii sulfurati aurantiaci 1,0

Kali caustici fusi 1,25.

Solve digerendo in

Aquae destillatae 2,5.

Tum admisce terendo in mortario porcellaneo

Saponis medicati pulv. 6,0,
ut, massa sit consistentiae pilularis, ad-
dendo, si massa adhuc rubet, paulu-
lum liquoris Kali caustici, ut colorem
ex albido cinereum induat. Tum leni
calore ad siccum evaporetur et con-
trita in lagenulis minoribus, optime
obturatis servetur.

Sit pulvis ex albido cinereus, in
aqua solubilis, et affuso Acido hydro-
chlorico colorem intense aurantiacum
induat, Gas hydrosulfuratum, non Aci-
dum sulfurosum, redolens.

Ex tempore.

Rp. Kali caustici sicci 1,25
Stibii sulfurati aurantiaci 1,0.

In mortarium porcellaneum cale-
factum inmissa et ope pistilli cale-
facti contrita inter assiduam agitatio-
nem cum

Aquae destill. *Gutt.* 10
commisceantur. Tum admiscee

Saponis medicati pulv. 6,0.

Sapo styracinus

Auspitzii.

Auspitz' Styracseife.

Rp. Styracis liquidi 100,0

Sebi taurini

Olei Coccois $\widehat{a}a$ 50,0

Liquoris Kali caustici 75,0.

Mixta calore balnei aquae calefac
et saepius agita, donec in massam sa-
ponaceam transierint, deinde admiscee

Balsami Peruviani 7,5.

Contra scabiem adhibetur.

Sapo Sublimati corrosivi mercurialis.

Sapo Hydrargyri bichlorati.

Sublimatseife. Desinfectifseife.

Rp. Acidi stearinici

Acidi oleinici $\widehat{a}a$ 10,0.

In cucurbitam vitream ingestis et
leni calore liquatis affunde

Spiritus V. absoluti 100,0

et inter agitationem calefac, donec
solutio effecta fuerit. Tum adde pul-
verem conterendo paratum e

Natrii chlorati s. Salis cili-
naris 6,0

Hydrargyri bichlorati 5,0.

Liquorem ad 40—50° C. calefactum
infunde in

Saponis puri vei medicinalis
pulv. 470,0.

Conterendo contundendoque fiat
massa, quae in partes quinque divisa
premo in tabulas quadratas vel
bacula cylindrica transformetur. Des-
iniciens, quod a medicis adhibetur.

Sapo sulfuratus.

Schwefelseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.

Mixtione recenti effectis agitando
admiscee

Sulfuris loti *P.* 8.

Massa in frusta parallelepipedica
(ponderis Grammatum centum) redi-
gatur. Conf. Sapo amorphus.

Sapo tanninatus.

Tanninseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.

Mixtione recente effectis admiscee

Acidi tannici *P.* 2

solutas in

Aquae calidae *P.* 10,

ut agitando fiat massa (fusca), ex qua,
postquam riguerit, frusta parallelepi-
pedica (ponderis 50 Grm.) formentur.

Sapo Terebinthinae

liquidus Weneri.

Liquor vulnerarius Weneri.

Rp. Terebinthinae Venetae 100,0

[¹] Natrii bicarbonici pulv. 2,5

Aquae destill. 1000,0.

Digere per hebdomadem unam, dein
filtra.

Rp. Terebinthinae Venetae 100,0

[²] Natrii carbonici cryst. 5,0

Glycerinae 200,0

Spiritus Vini rectfss. 100,0

Aquae destill. 1000,0.

Digere per hebdomadem unam, dein
filtra.

Usus: Linteum tenue octuplo com-
plicatum hoc liquore imbutum vul-
neribus recentibus, ulceribus, vulneri-
bus cicatrice obducendis, contusioni-
bus quoque die recens imponitur.

Sapo terebinthinatus.

Sapo Starkeyanus. Balsamum Vitae
externum s. Terebinthinae. Linimen-
tum stimulans Anglicum.

Rp. Saponis Hispanici pulv.

Olei Terebinthinae aa 23,0

Kalii carbonici 4,0.

Exacte misce. (*Ph. Germ. vet.*)

Sapo vegetabilis.

Pulvis alcalinus gummosus.

Sapon végétal.

Rp. Natrii bicarbonici 50,0

Gummi Arabici 40,0.

Subtilissime pulverata paulum Aquae addendo in massam redige.

Sarsaparilla Ayeri.

Ayer's Sarsaparilla.

Rp. Extr. Sarsaparillae

— Rumicis crisp. 100,0

— Podophylli peltati

— Stillingiae aa 10,0

Sacchari albi 35,0

Kalii iodati 5,0

Ferri iodati 0,5

Spiritus Vini 200,0.

Misce et solve.

Saturatio.

Si in praeepto a medico „saturatio“ simpliciter ordinata est, semper Potio Riveri exhibeatur. (*Ph. Germ.*)

Saturatio simplex.

Rp. Kalii carbonici 6,0

(vel Liq. Kalii carb. 18,0)

Aceti crudi 85,0 vel q. s.

Aquae destill. 52,0

Syrupi simplicis 40,0.

L. a. misceantur, ut grm. 200,0 expleantur. Liquor fere neutralis.

Sebum salicylatum.

Sevum salicylicum. *Salicyltalg.*

Rp. Acidi salicylici P. 2

Sebi ovilli P. 98.

Calore balnei aquae solutio Acidi in sebo efficiatur, tum sepone, interdum agitando, donec miscela refrigerit. Ab odore rancido plane liberum sit.

Secale cornutum.

Ergota. Fungus secalis. *Ergot. Mutterkorn.*

Stromata sterilia fungi, Claviceps purpurea a Tulasne nominati, sin-

gulis annis colligenda, post annum asservationis abjicenda sunt. Siccentur loco umbroso calore 35° C. non superante per aliquot (3—4) dies, tum in vitra dense clausa serventur. Pulveris tantum quantitas minor paretur, neque per tempus sex hebdomades superans asservanda est. Pulvis lagenae parvae includatur, quae tum epistomio suberino dense obturetur et loco a luce remoto frigidoque seponatur. *Dosis:* 0,2—0,3 ter quaterve per diem (haemostaticum, metrorrhagia profusa), 0,5—1,0 post sextantem vel quadrantem horae ad provocandos dolores ad partum. *Dosis maxima:* 1,0, pro die 5,0!! (*Ph. Austr.*)

Semina Quercus tosta.

Glandes Quercus tostae.

Semina Quercus in cylindro ferreo clauso super ignem apertum, cylindrum circumagendo, torreantur, donec fuscum colorem induerint, tum post refrigerationem in pulverem crassum redigantur. Sit pulvis crassus subfuscus.

Eodem modo torreantur:

Semina Genistae tosta.

Sericum protegens.

Silk protective.

Rp. Textum sericeum.

Contentum lacca copalina tenuissime illine, tum, lacca siccata, textum sericum solutione

Acidi carbolicum 10,0

in

Mucilaginis Gummi Mimosae vel Dextrinae 150,0

obline et in aëre sicca. Ad alligaturam.

Serum Lactis artificiale.

Künstliche Molken.

Rp. Sacchari Lactis

[¹] — albi aa 10,0

Gummi Arabici 1,0.

Mixta solve in

Aquae 750,0.

Paretur, quoties usus poscit.

Rp. Pulveris ad Serum Lactis artificiale 10,0

[²] Aquae fontanae 400,0.

Solve et filtra.

**Serum Lactis
carbonico-acidulum.**

Kohlensaure Molken.

Rp. Seri Lactis dulcis P. 570.

In lagenam immissis adjice, agitationem evitando,

Natri bicarbonici P. 4

et, si sal hoc in lagenae fundo subsederit, adjice

Acidi tartarici in frustulis P. 3.

Lagenam statim embolo suberino optime obtura et loco frigido per aliquot horas sepone, interdum leniter agitando, donec Acidum tartaricum solutum sit.

**Serum
Lactis clarificatum.**

Rp. Lactis vaccini 1200,0.

Usque ad ebullitionem calefactis adde

Aceti vini 8,0 vel q. s.,
ut partes caseosae lactis coagulent,
quae colando a liquido secernantur.
Liquori refrigerato

Albumen ovorum duorum
in spumam agitatum admisce et denuo
usque ad ebullitionem calefac, dein
cola. Colatura refrigerata, ut sit lim-
pida, per chartam filtretur. Ex tem-
pore parandum.

Serum Lactis (dulce).

Serum Lactis commune. *Molken.*

Rp. Lactis vaccini recentis 1000,0.

[¹] Ad ebullitionem calefactis statim adde

Aceti 10,0 vel q. s.

Coagulatione peracta liquorem semi-
refrigeratum cola et cum

Albumine ovi unius magni
vel ovorum duorum par-
vorum gallinaceorum

in spumam conquassando mixtum ite-
rum usque ad ebullitionem calefac et
statim cola. Colaturae adde

Magnesia subcarbonicae q. s.
ad neutralisationem acidi, tum liquo-
rem refrigeratum filtra. (*Ph. Austr.*)

Rp. Lactis vaccini 600,0.

[²] Calefactis (ad 80—90° C.) admisce

Acidi tartarici 0,7

parva quantitate aquae solutum, et
paulum agita. Coagulatione peracta

sepone, donec perfecte refrixerint, et
per pannum laneum sine expressione
cola. Sit liquor turbidus, subflavescens,
saporis non acidi.

Aequali modo parentur:

Serum Lactis acidum,

Serum Lactis tartarisatum, e Lactis
600,0 et Tart. depurati 5,0. Colatura
filtretur.

Ph. Austr. Paretur uti Serum Lactis
dulcis sine neutralisatione ope Magne-
siae subcarbonicae, ut liquor sit paul-
ulum acidulus.

**Serum
Lactis aluminatum**

e Lactis 600,0 et Aluminis pulv. 5,0.
Colatura filtretur.

**Serum
Lactis tamarindatum**

e Lactis 600,0 et Pulpae Tamarindo-
rum 25,0. Colatura refrigerata filtre-
tur. (*Ph. Germ. vet.*)

Serum Lactis vinosum

e Lactis 500,0 et Vini Rhenani 100,0.
Colatura filtretur.

Serum Lactis mannatum.

Rp. Lactis vaccini 500,0.

Coque. Liquori ebullienti adde

Tartari depurati 5,0.

Coagulatione lactis peracta cola. In
colatura solve

Mannae 40,0.

Liquor refrigeratus denuo coletur.

**Serum Lactis
cum Sinapi paratum.**

Rp. Lactis vaccini 250,0.

In ollam immissis admisce

Seminis Sinapis gr. pulv. 10,0.

Tum, olla in balneo vaporis collo-
cata, digere, donec coagulatio peracta
Alcoolat aromatique ammoniacale. Aromatic Spirit of Ammonia.

Rp. Liquoris Ammonii caustici (10 %) 100,0

Aquae destill. 140,0.

In lagenam infusis adde

Ammonii carbonici pulv. 40,0

et agita, donec solutio effecta sit. In aliam lagenam infunde

Spiritus Vini (90%) 700,0

Olei Citri 12,0

— Lavandulae

— Pimentae \widehat{a} 1,0

et agita, tum sensim admisce illam solutionem carbonatis ammonici et

Aquae destillatae q. s.,

ut pondus miscelae 1000,0 grammata expleat. Postremum filtra. *Ph. U. St.*

Dosis: 1,5—3,0. Antacidum, carminativum, antispasticum.

Ph. Brit. praecipit: Ammon. carbon. 40,0, Liq. Ammonii caust. (32%) 80,0, Olei Myristicae aeth. 5,0, Olei Citri 7,4, Spirit. (90%) 1000,0, Aquae 600,0. Destillando e Spiritu, aqua et oleis commixtis circa 1350,0 eliciantur et cum ceteris medicamentis deinde commisceantur.

Spiritus Ammonii causticus Dzondii.

Liquor Ammonii causticus Dzondii (Ebersii). Liquor Ammonii causticus spirituosus s. alcoholicus. Spiritus Ammoniae *Ph. U. St.* Liquor Ammonii vinosus. Spiritus Dzondii.

Rp. Liquoris Ammonii caustici duplicis (pd. sp. 0,924—0,925) P. 25.

In cucurbitam vitream infundantur, ita ut ejus capacitatis partes duae (e tribus) circiter repletae sint. Cucurbitam ope tubi vitrei curvati cum lagena lavatoria minore, cui tubulus securitatis impositus est, et hanc lagenam cum excipulo eadem ratione conjunge, ut tubus vitreus, gas conducens, fundum excipuli fere petat.

Lagena lavatoria contineat

Spiritus V. rectfss. P. 1, et excipulum, bene refrigerandum,

Spiritus V. (p. sp. 0,830) P. 20.

Leni calore (30—40° C.), ope flammae minoris Spiritus Vini effecto, gas e liquore Ammonii caustici duplici extricetur, donec pondus fluidi excipientis aequet Partes 22 (aut donec volumen Spiritus Vini Partium 20 ad Partes 22 $\frac{1}{2}$ auctum sit).

Liquoris 100 Partes contineant circiter 10 Partes Gasis Ammonii anhydri; aut 75 Partes Acidi tartarici crystallisati sufficient ad saturandas Partes 174—176 Spiritus caustici Dzondii. Pond. spec. 0,808—0,810.

Spiritus ammoniato-aethereus

Clinici.

Rp. Spiritus Menthae pip.

— Serpylli

— Rorismarini

— Lavandulae \widehat{a} 5,0

Mixturae oleoso-balsamic. 1,25

Liquoris Ammonii anisati 2,5.

Misce.

Spiritus Ammonii foetidus.

Spiritus Ammoniae foetidus. *Fetid Spiritus of Ammonia.*

Rp. Asae foetidae 3,5.

Minutim concisis affunde

Spiritus Vini rectfss. 25,0

et macera vase operto per horas viginti quatuor. Tum Spiritus destillando elicitus commisceatur cum

Liquoris Ammonii caustici spirit. 10,0

et ea quantitate Spiritus Vini rectificatissimi, ut P. 35 mixturae compleantur. Praeceptum *Ph. Brit.* prope simile est.

**Spiritus
Amygdalae amarae.**

Essence of Bitter Almond.

Rp. Olei Amygdalae amarae aeth.
1,0
Spiritus Vini 45,0
Aquae destill. 4,0.
Misc.

**Spiritus
Angelicae compositus.**

Spiritus theriacalis. Spirit. Angelicae
comp. camphoratus.

Rp. Olei Angelicae 0,3
— Valerianae
— Juniperi bacc. $\widehat{a}a$ 0,1
Camphorae 3,5
Spirit. V. rectf. 175,0.

Solve et misce. Pd. sp. 0,890—0,900.
Ph. Germanica. Rad. Angelicae 16,
Rad. Valerian., Fruct. Juniperi $\widehat{a}a$ 4.
Contusis concisisque affunde Spirit. V.
rectfss. 75, Aquae 125. Destillando
eliciantur 100, in quibus solvantur
Camphorae 2. *Dos.*: Gutt. 10—20—30.
Ad balneum 150,0—300,0.

Spiritus Anisi.

Essentia Anisi.

Rp. Olei Anisi vulg. 10,0
Spirit. Vini (90%) 90,0.
Misc. *Ph. U. St.*

Eodem modo parentur:

Spiritus Carvi

— **Cinnamomi** *Ph. U. St.*

Ph. Austr. Fruct. Anisi 25, Spirit.
Vini 100, Aq. 150. Macera per horas
duodecim, tum destillando 150 elice.

Spiritus antiparalyticus.

Spiritus paralyticus.

Rp. Spiritus camphorati 100,0
Liquoris Ammonii caustici
— Ammonii carbonici
pyrooleosi $\widehat{a}a$ 25,0
Olei Juniperi bacc.
Olei Succini rectf. $\widehat{a}a$ 6,0.
Misc.

Spiritus antipernionicus

Abarbanell.

Frostspiritus.

Rp. Acidi tannici 3,0
Spirit. camphorati 100,0.
Solve.

Spiritus antirheumaticus.

Spiritus paregoricus. *Antirheuma-Spirit.*
Balsam gegen Gliederreissen.

Pain-Expeller.

Rp. Tinct. Capsici annui 300,0
Spiritus saponati 250,0
Liq. Ammonii caust. spir. 200,0
Spiritus camphorati 500,0.

Mixtis adde liquorem miscendo pa-
ratum ex

Olei Rorismarini
— Lavandulae
— Thymi $\widehat{a}a$ 10,0
— Caryophyllor. 7,5
— Cinnamomi Cass.
— Bergamottae $\widehat{a}a$ 5,0
— Citri 2,5

Spirit. Vini rectfss. 500,0.

Fortiter conquassa per minuta decem,
tum sepone per diem unum, dein filtra.
Externum in rheumatismo, neuralgiis.

Spiritus

Armoraciae compositus.

Spiritus antiscorbuticus.

Rp. Radicis Armoraciae recent.
Corticis Aurantii $\widehat{a}a$ 150,0
Seminis Myristicae 5,0.

Concisis contusisque affunde.

Spiritus Vini rectf. 1000,0
Aquae 500,0.

Destillando 1000,0 eliciantur (*Ph. Brit.*)

|| Spiritus aromaticus.

Aqua Coloniensis. Spiritus Millefolii
comp. Spiritus aromaticus superans.
Spiritus carminativus. *Eau de Cologne.*

Rp. Spiritus V. rectfss. 500,0

[1] Olei Bergamottae

Olei Citri cort. $\widehat{a}a$ 5,0

— Lavandulae 2,5

— Neroli 3,0.

Misce, sepone per aliquot dies et filtra.

Rp. Spiritus V. rectfss. 500,0

[²] Olei Bergamottae 10,0

— Citri cort. 5,0

— Caryophyllorum

— Lavandulae $\widehat{a}a$ 2,5

— Cassiae cinnamomeae

Aetheris acetici $\widehat{a}a$ 0,5.

Misce, sepone et filtra.

Ph. Fenn. Fol. Rorism., Hb. Thymi

ana 1, Flor. Millefol. 3, Spir. dilut. 16,

Aq. 16. Destill. 16. Pd. sp. 0,892—0,896.

Spiritus aromaticus acetatus

Ph. Fenn.

Spiritus Millefolii acetatus.

Rp. Aceti Vini P. 1

Spiritus Millefolii comp. P. 2.

M.

Spiritus aromaticus

(Americanus).

Aromatic Spirit.

Rp. Spiritus Aurantii comp. 10,0

Spiritus Vini (94%) 190,0.

Misce. (Nat. Form.)

Spiritus aromaticus desinfectorius.

Aqua Coloniensis desinfectans.

Rp. Acidi phenylici cryst. P. 1

Spiritus aromatici 20,0

— diluti (60%) 5,0.

Misce. Usus. Ad lotionem manuum; cum aquae majore copia mixtus ad collutionem oris et ad gargarisma, etiam ope pulverisatoris ad dissolvendum in pulverem in conclavibus, in quibus aegri cubant etc.

Spiritus Aurantii

Ph. U. St.

Rp. Olei Aurantii cort. 6,0

Spirit. V. rectfss. 94,0.

Misce.

Hager.

Spiritus

Aurantii compositus.

Compound Spirit of Orange.

Rp. Olei Aurantii corticis 120,0

— Citri corticis 30,0

— Coriandri 10,0

— Anisi stellati 2,5

Spiritus Vini (94%) 500,0.

Misce. (Nat. Form.)

Spiritus ad Balnea.

Badespiritus.

Rp. Spiritus saponati 250,0

— V. rectfss.

Mixturae oleoso-balsamicae

$\widehat{a}a$ 60,0

Olei Calami 3,0.

M. Balneis singulis admiscentur 100,0 Grammata.

Spiritus balsamicus

Fioraventi.

Alcoolatum s. Balsamum Fioraventi.

Spirit. polyaromaticus. Baume de Fioraventi.

Rp. Balsami Peruviani

Olei Terebinthinae rectif.

— Cassiae

— Caryophyllorum

— Juniperi

— Macidis

— Thymi $\widehat{a}a$ 1,0

Spiritus V. rectfss. 500,0.

Misce et filtra.

Spiritus Bohemi.

Guttae odontalgicae Bohemi.

Rp. Olei Caryophyllor. 5,0

Spiritus V. rectfss. 10,0

Camphorae 0,8.

Misce et solve.

Spiritus

Bryoniae compositus.

Aqua Bryoniae comp.

Rp. Olei Rutae 0,4

— Sabinae

— Menthae crispae

— Chamomillae

— Aurantii cort. $\widehat{a}a$ 0,2

Tinct. Castor. Canad. 6,0
Aquae Bryoniae 100,0.

Misce et cola.

Nota. Aqua Bryoniae destillando paratur e radice recentis *P.* 2. Spirit. *V.* rectf. *P.* 3, Aq. q. s. Destillati sint *P.* 12.

**Spiritus
camphorato-croceatus.**

Elixir camphoratum Hartmanni.

Rp. Spiritus camphorati *P.* 24
Tincturae Croci *P.* 1.

Misce.

Spiritus camphoratus.

Alcohol camphoratus *Ph. Gall.* Tinctura Camphorae. Spiritus Vini camphoratus. Spiritus Camphorae.

Rp. Camphorae incisae *P.* 1.

Solve in

Spiritus *V.* rectfss. *P.* 7.

Dein admisce

Aquae destill. *P.* 2.

Post agitationem solutio filtratur.

(*Ph. Germ., Ph. Austr.*)

Ph. Gall., Brit. Camph. 1,0, Spiritus (90%) 9,0.

**Spiritus camphoratus
debilior.**

Tinctura Camphorae debilis.

Eau de vie camphrée.

Rp. Camphorae 10,0

Spiritus vini (60°) 390,0.

Ph. Gall.

**Spiritus Cardamomi
compositus.**

Rp. Olei Cardamomi 0,9

— Carvi 0,3

— Cinnamomi Cassiae 0,15

Spiritus Vini 270,0

Glycerinae 30,0.

Mixtis adde

Aquae destill. 200,0.

Saepius agitando sepone per aliquot dies, tum filtra. (*Nat. Form.*)

**Spiritus carminativus
Sylvii.**

Alcoholatum aromaticum *Ph. Belg.*

Rp. Olei Majoranae

— Cassiae cinnamomeae

Olei Macidis

— Caryophyllum

— Coriandri \hat{a} 0,5.

Spiritus *V.* rectfss. 250,0.

Misce, sepone et filtra.

**Spiritus contra
cephalalgiam nervosam.**

Spiritus gegen nervösen Kopfschmerz.

Rp. Aquae Coloniensis 60,0

Aetheris acetici 7,5

Liquoris Ammonii caust. 1,0

Olei Menthae pip. *Gutt.* 10.

Misce. Mixtura hac frons et tempora capitis humectentur.

**Spiritus cephalicus
Gromnitzkii.**

Rp. Camphorae 15,0

Olei Menthae pip. 5,0

Balsami Vitae Hoffm. 10,0

Spiritus *V.* rectfss. 50,0.

Solve, misce et filtra.

Spiritus Chloroformii.

Chloric Ether. Spirit of chloric Ether.

Rp. Chloroformii 10,0

Spiritus Vini rectfss. 20,0.

Misce. Loco Chloroformii in usu mercatorio.

Ph. U. St. Chlorof. 10, Spir. 90.

Ph. Brit. Chlorof. 15,0, Spirit. vini (pd. sp. 0,838) 160,0. Pond. spec. 0,871. Haec mixtio „Chloric Ether“ nominatur.

Spiritus Cinnamomi

Ph. U. St.

Rp. Olei Cinnamomi 10,0

Spiritus *V.* rectfss. 90,0.

Misce.

Spiritus Citri.

Spiritus Limonis. *Essence of Lemon. Citronenessenz.*

Rp. Olei Citri *P.* 5

Corticis flavedinis Citri fruct. recentis *P.* 10

Spiritus *V.* rectfss. *P.* 100.

In lagenam ingestae per dies tres macerentur, tum filtrantur.

Ph. U. St. Ol. Citri (Limonis) 6, Cort. Citri rec. 4, Spirit. *V.* q. s., ut partes 100 expleantur.

Spiritus Cochleariae.

Rp. Herbae Cochleariae florentis
[¹] recentis concis. P. 10

Spiritus V. rectfss. P. 4

Aquae q. s.

Destillando elice P. 5. Pd. sp. 0,908.

Rp. Olei Cochleariae Gutt. 6

[²] Spiritus V. rectf. 50,0.

Usus: Collutoriis et gargarismatis
admisceatur, 5,0 : 100,0—200,0.

**Spiritus Cochleariae
compositus.**

Aqua antiscorbutica Sydenhami.
Alcoolatum Cochleariae compositum.
Espirit ardent de Cochlearia.

Rp. Olei Menthae crispae

— Aurantii corticis

— Salviae

— Macidis aa Gutt. 5

Spiritus Sinapis 5,0

— Cochleariae

— Vini rectf. aa 100,0.

Misce.

Ph. Gall. Fol. Cochleariae recent.
3000,0, Rd. Raphani sativi rec. 400,0,
Spirit. (80%) 3500,0. Post maceratio-
nem per biduum destillant 3000,0.

**Spiritus
Coniferarum imitatus.**

Coniferengeist.

Rp. Olei Pini silvestris 100,0

— Aurantii cort. 10,0

Aetheris acetici 2,0

Olei Cardamomi 0,2

Vanillinae 0,02

Spiritus Vini (95%) 500,0.

Misce et sepone in vase satius
clauso loco tepido (25—30°C) per dies
duos, tum filtra.

Spiritus Conii.

Rp. Herbae Conii maculati flo-
rentis recentis P. 10.

Concis et in vesicam destillatoriam
immissis affunde

Spiritus V. rectf. P. 10

Aquae q. s.

Destillando elice Partes 10.

Spiritus Curassao.

Spirit of Curaçao.

Rp. Olei Aurantium dulc. 50,0

— Aurantii florum 2,0

— Foeniculi 1,0

— Amygdalarum aetherei
0,3

Spiritus Vini (94%) 250,0.

Misce. (Nat. Form.)

Spiritus Formicarum.

Spiritus Acidi formici. *Spirit of Ants.*

Rp. Formicarum recens collecta-
[¹] rum P. 10

Spiritus Vini rectfss.

Aquae aa P. 15.

Macera per biduum, tum destillando
elice P. 20. Ph. Germanica vet.

Rp. Acidi formicici 40,0

[²] Spiritus V. rectfss. 700,0

Aquae destill. 260,0.

Misce. (Pd. sp. 0,894—0,898). Ph.
German.

Usus: Plerumque ad infractiones,
perarro ad usum internum. Dos.: Gutt.
10—15—20.

Spiritus**Formicarum compositus.**

Eau de magnanimité.

Rp. Olei Cassiae cinnam. Gutt. 15

— Caryophyllorum

— Cubeborum

— Cardamomi aa Gutt. 6

Spiritus Formicarum 150,0.

M. et filtra. Us.: Ad infractiones.

Spiritus Frumenti.

Spiritus Vini simplex. *Whisky. Eau
de vie. Kornbranntwein.*

Rp. Spiritus V. rectfss. Volumina 3

Aquae destill. Volumina 2.

Misce. Ad usum pharmaceut.

Spiritus Gari.

Alcoolat de Garus.

Rp. Olei Cassiae cinnamom.

— Caryophyllorum

— Macidis aa Gutt 5.

Spiritus V. rectfss. 100,0

Aquae Aurantii flor. 50,0.

Misce.

Spiritus Gaultheriae*Ph. U. St.*Rp. Olei Gaultheriae 3,0
Spirit. V. rectfss. 97,0.

Misc.

Eodem modo parentur:

Spiritus Juniperi *Ph. U. St.*— **Lavandulae** *Ph. U. St.*
— **Myristicae** *Ph. U. St.***Spiritus Juniperi.**Rp. Fructuum Juniperi *P.* 10.

Contasis affunde

[¹] Spiritus Vini rectfss.Aquae aa *P.* 30.Macerā per horas viginti quatuor,
tum destillando elice *P.* 40. (*Pd. sp.*
0,895—0,905.) (*Ph. Germanica.*)

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae *Ph.**Germ.*— **Rorismarini**— **Serpylli.**

Rp. Olei Juniperi bacc. 2,5

[²] Spiritus Vini rectf. 100,0.

Misc.

Ph. Brit. Olei Junip. bacc. 2,0, Spirit.
(90 %) 98,0.*Ph. U. St.* Olei Junip. bacc. 3,0, Spirit.
(90 %) 97,0.

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae— **Myristicae** (c. Ol. aeth.

Myrist. sem.)

— **Rorismarini**— **Sabinae**— **Serpylli.****Spiritus Juniperi
compositus.**Rp. Olei Juniperi bacc. *Gutt.* 15

— Foeniculi

— Carvi aa *Gutt.* 10

Spiritus V. rectf. 100,0.

Misc.

Ph. U. St. Ol. Junip. 10, Ol. Carvi,
Ol. Foeniculi ana 1, Spir. rectfss. 3000,
Aquae q. s., ut part. 5000 expleantur.**Spiritus Kellermannii.**

Rp. Resinae Guajaci 10,0

Camphorae 20,0

Opii pulv. 0,15

Spirit. Vini rectf. 300,0.

Digere et filtra.

Spiritus Kreosoti.

Kreosotum venale.

Rp. Kreosoti 10,0

Spirit. V. rectfss. 20,0.

Misc.

Nota. Ad dolores dentium sedandos
loco Kreosoti puri caute porrigatur.**Spiritus kreosotatus**

(Graetzel).

Spiritus Creosoti. *Kreosotessenz.*

Rp. Kreosoti 10,0

Spirit. Vini 90,0.

M. D. S. Ad usum externum (arthri-
tis, rheuma).**Spiritus Lavandulae
compositus.**Essentia Lavandulae. Tinctura La-
vandulae composita. *Lavender drops.*

Rp. Spiritus V. rectfss. 50,0

Caryophyllorum 1,0.

Cassiae cinnamomeae pulv. 4,5

Nucum moschat. contus. 2,5

Ligni Santali rubri pulv. 2,0.

In cucurbitam vitream ingesta usque
ad ebullitionem calefac, tum sepone,
ut refrigerent. Deinde adde

Olei Lavandulae 2,0

— Rorismarini 0,5

Spiritus V. rectf. 190,0.

Post diem unum filtra, addendo

Spiritus V. rectf. q. s.,

ut pondus colaturae 250,0 grammata
exaequet. (*Ph. U. St.*)*Ph. Brit.* Ol. Lavand. 5,0, Ol. Ro-
rism. 0,5, Cort. Cinnam. 10,0, Nuc.
mosch. 10,0, Ligni Sant. rubr. 20,0,
Spir. (90 %) 1000,0. Colaturae 1000,0.**Spiritus Lumbricorum.***Regenwürmerspiritus.*

Rp. Ammonii carbonici pyro-oleo-

[¹] si 1,0.

Solve in

Spiritus V. rectf. 250,0.

Rp. Liquoris Ammonii carbonici
pyro-oleosi 1,0
Spiritus V. rectf. 50,0
Misce.

**Spiritus
Mastiches compositus.**
Spiritus matricalis.

Rp. Mastiches
Myrrhae
Olibani $\widehat{a}a$ 10,0.
Contusis affunde
Spiritus Vini rectfss. 180,0
Aqua 60,0.
Macera per 24 horas, et destillando
elice
Grammata 180,8.
Dosis: Guttæ 20—40 cum saccharo
(antispasmodicum). Collutoriis partes
parvae etiam adduntur.

Spiritus Mathioli.

Rp. Aquae aromatae
— Cinnamomi vinosae
— Coloniensis
Spiritus Rorismarini $\widehat{a}a$ 25,0.
M. et filtra.

Spiritus Melissaë.
Melissengeist.

Rp. Olei Melissaë *Gutt.* 5
— Citri cort. *Gutt.* 10
Spiritus V. rectfss. 100,0.
Misce.

**Spiritus
Melissaë compositus.**

Alcoolatum Melissaë comp.
Spiritus aromaticus. Aqua carmeli-
tana s. Melissaë composita.
*Eau de Melisse de Carmes. Karmeliter-
geist.*

Rp. Olei Melissaë
— Citri cort. $\widehat{a}a$ 3,0
— Macidis
— Caryophyllorum
— Cassiaë cinn. $\widehat{a}a$ 2,0
Spiritus V. rectfss. 1000,0.
Misce et filtra. *Dosis:* Gutt. 20—
30—40.
Hic Spiritus (200,0) saepe Tinctura
Croci (1,0) tingitur (Spiritus Melissaë
flavus).

Ph. Germ. Fol. Mellisae siccator.
14, Cort. Citri 12, Sem. Myrist. 6, Cor-
ticis Cassiaë cinn., Caryoph. $\widehat{a}a$ 3,
Spiritus V. rectfss. 150, Aqua 250.
Destillent 200. (Pd. sp. 0,900—0,910.)

Spiritus aromaticus

Ph. Austr., Ph. Hungaricae. Erlauer
Wasser.

Rp. Fol. Melissaë 500,0
Cort. Citri fruct. 200,0
Fruct. Coriandri 300,0
Cort. Cassiaë cinnanom.
Nucum moschatarum
Caryophyllorum $\widehat{a}a$ 80,0
Radiciis Angelicaë 40,0
Spiritus Vini rectifss. 2500,0
Aquaë communis 5000,0.
Commisce. Post diem dimidium des-
tillando elice grammata tria millia
(3000,0).

Spiritus

Melissaë Dardelii.

Eau de Dardel.

Rp. Spiritus Menthaë pip.
— Rorismarini $\widehat{a}a$ 20,0
— Salviae
— Thymi $\widehat{a}a$ 15,0
— Melissaë comp. 30,0.
Misce.

Spiritus

Menthaë piperitae

Ph. Brit.

Spiritus of Peppermint.

Rp. Olei Menthaë pip. 2,0
Spiritus Vini (90%) 98,0.
Misce. *Dos.* 1,5—3,0.
Ne commutetur cum
Essentia Menthaë pip.
(Ol. Menthaë pip. 1 et Spirit. 4. *Dos.:*
Gutt. 15—30).

**Spiritus Menthaë
piperitae (Anglicus).**

Tinctura s. Essentia Menthaë piperitae
Anglorum. *Essence of Peppermint.*

Rp. Spiritus V. rectfss. P. 9
Olei Menthaë pip. P. 1.
Misce. *Ph. Germanica.* (Pd. sp.
0,836—0,840.)
Nota. Circumforanei hanc mixturam

macerando cum foliis Spinaciae recentibus tinctam vendunt.

Ph. Austr. Destillati 600,0 e Fol. Menth. pip. 150,0, Spir. V. rectfss. 500,0, Aq. 1000,0.

Ph. U. St. Ol. Menth. 10,0, Fol. Menth. pip. gr. m. pulv. 1,0, Spirit. Vini q. s., ut grammata 100,0 expleantur. Post macerationem filtretur.

Hic Spiritus Menthae pip. se praestat medicamen stimulans, carminativum, antispasmodicum, sanans colicas, flatulentiam etc. *Dos.*: Guttæ 10—15—30.

Aequali modo parentur:

Spiritus Menthae crispae (Anglicus)

— **Menthae viridis**
(*Essence of Spearmint*). *Ph. U. St.*

Spiritus Menthae piperitae

Ph. Gall.

Tinctura Olei Menthae piperitae.

Alcoolé d'essence de Menthe

Ph. Gall.

Rp. Olei Menth. pip. 2,0

Spiritus vini (90%) 98,0.

Misce. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Alcoolatura s.

Tinctura (Esprit)

— **Anisi**

— **Aurantii**

— **Bergamottae**

— **Citri**

— **Juniperi**

— **Neroli**

— **Rorismarini.** *Ph.*

Gall.

Spiritus menthatus.

Pfefferminztropfen.

Rp. Olei Menthae pip. 2,5

Spiritus aetherei 10,0

— Vini rectfss. 250,0.

Misce. Locis nonnullis in usu.

Spiritus Myrciae.

Bay Rum.

Rp. Olei Myrciae acris (Bay oil)

16,0

— Aurantii corticis

Olei Amomi ana 1,0

Spiritus V. (95%) 1000,0

Aquae destill. 782,0.

Mixta seponere per octo dies, tum filtra.

Spiritus nervinus externus.

Rp. Liq. Ammonii coerulei 50,0

Tinctura Cantharidum 10,0.

Misce.

Spiritus nervinus camphoratus.

Opodeldoch fluidum Strassburgense.

Rp. Olei Lavandulae 2,0

— Rorismarini 2,0

Liquoris Ammonii caustici spirituosus 10,0

Spiritus camphorati 30,0

— saponati 30,0

— Vini rectfss. 90,0

Tincturae Opii simpl. 5,0.

Misce, seponere, filtra.

Spiritus odonticus

s. stomaticus s. odontalgicus.

Zahnspiritus.

Rp. Spiritus Sinapis

— Cochleariae aa 30,0

— Vini rectf. 600,0

Tincturae Myrrhae

— Cinnamomi aa 3,0

— Opii simpl. 1,0

Olei Menthae pip. 0,5

— Caryophyllorum 1,0.

Misce et filtra.

Spiritus odoratus.

Rp. Spiritus Vini rectfss. 500,0

[¹] Aquae Naphae tripl. 50,0

Olei Bergamottae 10,0

— Lavandulae

— Citri aa 1,5.

Mixta agitataque seponantur, tum filtrentur.

Spiritus odoratus *Ph. U. St.*

Cologne Water.

Rp. Olei Bergamottae 16,0

[²] — Rorismarini

— Citri ana 8,0

Olei Lavandulae
 — Aurantii florum ana 4,0
 Aetheris acetici 2,0
 Spiritus V. rectfss. 800,0
 Aquae destill. 158,0.

Mixta sepone per octo dies, tum filtra.

**Spiritus
 Oleorum aethereorum.**

Spiritus Olei volatilii.

Rp. Olei alicujus aetherei 5,0
 Spiritus Vini 95,0.

Misce. *Nat. Form.* Hoc modo parentur:

Spiritus Anethi (olei)
 — Anisi
 — Calami
 — Caryophyllorum
 — Citri
 — Eucalypti
 — Gynocardiae
 — Lavandulae
 — Melissae
 — Menthae
 — Origani
 — Sassafras
 — Spicae
 — Tanacetii
 — Thymi etc.

(*Ad usum mercatorium.*)

**Spiritus ophthalmicus
 s. oxydercicus.**

Augenstärkender Spiritus.

Rp. Mixturae oleoso-balsamicae
 [1] Spiritus V. rectfss. aa 10,0
 Liquoris Ammonii caust. 2,5.

Misce et filtra. S. Palma manus spiritu conspersa oculis obtendatur.

Rp. Olei Lavandulae 2,0
 [2] — Rorismarini 6,0
 Spiritus V. rectfss. 100,0.
 Miscé et filtra (*Nat. Form.*)

**Spiritus ophthalmicus
 Graeffii.**

Rp. Olei Menthae pip.
 Aetheris aa 1,0

Liquoris Ammonii caust spirituosi 4,0.

Misce.

Præceptum auctoris est: Olei Menthae pip. 1,0; Aetheris 0,5; Liquoris Ammonii caust. aquos. 3,0.

In amblyopia, amatrosoi asthenica, blepharoptosi laudatur. Palma manus spiritu conspersa oculis obtendatur et guttae aliquot ejusdem spiritus orbitibus oculorum infricentur.

**Spiritus
 ophthalmicus Himlyi.**

Balsamum ophthalmicum Himly. Spiritus ophthalmicus *Ph. Dan.*

Rp. Balsami Peruviani 3,0

[1] Olei Caryophyllorum
 — Lavandulae
 — Majoranae
 — Serpylli
 — Succini rectificati
 — Rutae aa 2,0

Spiritus Vini rectfss. 500,0.

Misce, sepone per dies duos, dein filtra. Usus ut antea notatus.

Rp. Balsami Vitae Hoffm. 50,0

[2] Olei Succini rectfss. *Gutt.* 4.
 Miscé.

**Spiritus ophthalmicus
 Neugenfindii.**

Rp. Spiritus Vini rectfss.
 — Vini rectf. aa 50,0
 Olei Rorismarini 5,0
 — Valerianae *Gutt.* 3
 Camphorae 0,25.

Misce et solve.

**Spiritus ophthalmicus
 Visbadensis.**

Spiritus ophthalmicus Pagenstecheri.
Wiesbadner Augengeist.
 Rp. Spiritus Melissae 50,0
 — Lavendulae 12,5
 — camphorati 1,5
 — nitrico-aeth. 1,0.

Misce.

**Spiritus
 contra Perniones.**

Spiritus antipernionicus. *Frostspiritus.*

Rp. Acidi nitrici crudi

[¹] Olei Bergamottae
 Petrolei aa 5,0
 Spiritus V. rectfss. 100,0.
 Mixta per aliquot dies seponere et, si
 opus est, filtra.

Rp. Olei Bergamottae

[²] — Lavandulae
 Petrolei aa 1,5
 Spiritus P. rectfss. 50,0.
 Miscere.

Eau sibérienne.

Rp. Petrolei 10,0

[³] Olei Foeniculi 1,0
 Spiritus V. rectfss. 120,0
 Radicis Alcanthae 0,5.

In lagenam immissa et agitata stent
 per aliquot horas, tum liquor filtratur.

Antipernium
 (Henschel.)

Rp. Tinct. Opii simplicis

[⁴] Spirit. muriatico-aetherei
 Tincturae Benzoës aa 10,0
 Balsami Peruviani 3,0.
 Miscere.

**Spiritus
 phosphoratus Mülleri.**

Spiritus phosphoratus concen-
 tratus.

Rp. Phosphori incisi 1,0.

[¹] In lagenam immisso affunde
 Spiritus V. alcoholisati 25,0.
 Macera loco tepido per diem unum
 et saepius agita. Tum seponere loco
 frigido et decantha.

Spiritus phosphoratus dilutus.

Rp. Spiritus phosphorati concen-
 trati 5,0

Spiritus V. alcoholisati 30,0.
 Miscere. *Dosis:* Gutt. 15–20–30.

Tincture of Phosphorus.

Rp. Phosphori 0,13

[³] Spiritus V. absoluti 100,0.
 Macera per diem unum et decantha
 (Nat. Form.).

Spiritus Polonicus

Meyeri.

Rp. Olei Bergamottae 30,0

Olei Aurantii cort.

— Citri cort. aa 22,0

— Lavandulae

— Neroli aa 7,5

— Rorismarini 0,6

Aetheris aceticici 2,0

Spiritus V. rectfss. 1750,0

Aquae destill. 175,0.

Misce et post aliquot dies filtra.

Spiritus resolvens

Schmuckeri.

Fomentum resolvens Schmuckeri.

Rp. Spiritus Rorismarini 50,0

— saponati 25,0

— camphorati 35,0

Ammonii chlorati 3,0.

Misce et filtra.

Spiritus Rigensis

Kunzeni.

Rp. Olei Absinthii

— Angelicae aa 1,0

— Juniperi baccarum

— Lavandulae

— Majoranae

— Menthae crispae

— Rorismarini

— Serpylli

— Tanaceti

— Valerianae aa 2,0

Spiritus V. rectfss. 30000,0.

Mixtis adde

Tincturae Croci q. s.,

ut flavide tingantur.

Spiritus

Rorismarini compositus.

Spiritus vulnerarius. Alcoolatum
 vulnerarium.

Rp. Olei Thymi 2,0

— Rorismarini 3,0

— Absinthii

— Angelicae

— Foeniculi

— Majoranae

— Melissa

— Salviae aa 1,0

Spiritus V. rectf. 1000,0.

Misce. Post biduum filtra.

Spiritus Rosae.

Spiritus Rosarum.

Rp. Olei Rosae genuini 0,5
Spiritus V. rectifics. 100,0.
Misc.

Spiritus Russicus.

Rp. Fructus Capsici annui
[¹] Seminis Sinapis
Salis culinaris \widehat{aa} 50,0.
Concisis contusisque insperge
Aquae 100,0.
Hora dimidia praeterlapsa affunde
Spiritus Vini rectfss. 300,0.
Dein digere per diem unum, exprime
et filtra. Colaturae adde
Olei Terebinth. Gallici
Liq. Ammonii caustici \widehat{aa} 50,0.
Hic spiritus bene agitatus dispensetur.

Spiritus antarthriticus Blau.

Rp. Fructus Capsici annui
[²] Salis culinaris \widehat{aa} 20,0
Spiritus Vini rectfss. 250,0
Aceti crudi 60,0
Spiritus Rorismarini
— Serpylli \widehat{aa} 30,0.
Digerendo fiat tinctura, quae coletur.

Spiritus saponatus.Tinctura Saponis *Ph. Gall.* Spiritus Saponis.

Rp. Saponis Hispanici rasi
[¹] Aquae Rosae \widehat{aa} 100,0
Kali carbonici dep. 3,0.
In cucurbitam ingesta stent per aliquot horas loco calido et saepius agitentur. Tum affunde
Olei Lavandulae 2,0
Spiritus Vini rectf. 900,0
et digere. Tandem filtra. Serva loco non nimis frigido.

Rp. Olei Olivae *P.* 60
[²] Liqueoris Kali caust. *P.* 70
Spiritus Vini *P.* 300
Aquae destill. *P.* 170.

Digerendo agitandoque saponificatio efficiatur. Spiritum exhalatum restituendo. Postremo filtra. (*Ph. sp.* 0,925—0,935) *Ph. German. III.*
Ph. Gall. Saponis amygdalini 100,0,
Spirit. Vini (52%) 500,0.

Spiritus saponatus

Naumanni.

Spirit. Rorismarini saponatus. Spirit. saponatus *Ph. Dan., Norv.* Solutio Saponis alcoholica *Ph. Norv.* Balsamum Saponis.

Rp. Spiritus Rorismarini
— Serpylli
— Lavandulae
— camphorati \widehat{aa} 20,0
— saponati 40,0.
Misc et filtra.

Spiritus Saponis kalini.

Rp. Saponis kalini (Saponis viridis) 200,0
Spiritus Lavandulae 100,0.
Digere et filtra. *Ph. Austr.*

Spiritus**Saponis Sectorum.**

Massa lavatoria Sectorum. Sapo depuratorius (desinficiens).

Rp. Saponis domestici minutissime rasi 25,0
Spiritus vini 150,0.
Digere per horam, saepius agitando, tum, solutione peracta, admisce liquori calido mixturam miscendo paratam e
Liquoris Ammonii caustici 30,0

Olei Thymi
— Citri \widehat{aa} 5,0
— Bergamottae 2,5
Acidi phenylici 5,0
Glycerinae 30,0
Spiritus vini 50,0.

Post agitationem per linteam fundendo cola. Colaturam adhuc calidam in ollam vitream infunde et loco frigido sepone, ut congelet. Ollae dense claudendae sunt. *Usus:* Post sectionem cadaveris sector hanc massam cum aqua mixtam ad manuum lotionem adhibet.

Spiritus**Serpylli compositus.**

Spiritus contra hemieraniam et cephalalgiam. *Kopfkampf-Spiritus. Mi-grainegeist.*

Rp. Spiritus Serpylli

Spiritus camphorati
Liq. Ammonii caustici aa 20,0
Chloroformii 5,0.

M. *Usus*: Halitus mixturae per nares hauriatur et splenium mixtura madefactum fronti imponatur.

Spiritus Sinapis.

Tinctura rubefaciens. *Sensspiritus*.

Rp. Olei Sinapis aeth. 2,0

[¹] Spiritus V. rectfss. 98,0.

Misce. (Pd. sp. 0,833—837.) *Ph. Germ.*

Rp. Olei Sinapis *Gutt.* 12

[²] Spiritus Vini rectfss. 20,0.

M. Saepius recens paretur. Rubefaciens.

Charta bibula guttis 20—40 imbuta loco torto corporis imponitur, tum panno cerato obtegatur.

Spiritus strumalis.

Rp. Kalii iodati 1,5

Aquae destill. 3,0

Spiritus saponati 25,0

Aquae Coloniensis 5,0.

Misce.

Spiritus

Taxi baccatae seminum.

Rp. Seminum Taxi rec. P. 10

Spiritus Vini rectfss. P. 10

Aquae q. s.

In vesicam destillatoriam immissae digerantur per aliquot horas, tum destillent

Partes 10.

Spiritus Veratrini

(Richter.)

Rp. Veratrini 1,0

Chloroformii 20,0

Spiritus Vini 100,0.

Solve et misce. *Us.* Ad lotiones contra neurodyniam, neuralgiam.

Contra dolorem dentium genae (malae) paulum liquoris infricatur.

Spiritus Vini absolutus.

Alcohol aethylicus. Alcohol absolutus.

$C_2H_5HO-C^4H^5O, HO=46.$

Rp. Spiritus V. alcoholisati P. 20

[¹] Calcii chlorati, recens fusi,

pulverati et adhuc tepidi
P. 15.

In lagenam vitream immissas per diem unum sepone et saepius agita, donec Calcium chloratum solutum sit. Dein calore balnei vaporis destillando elice

Partes 10.

Sit liquor ponderis spec. circiter 0,793—0,795. Serva statim in lagenis obturatis.

Tum distillationem continua, quamdiu eodem calore liquor spirituosus prodit, qui collectus et cum Calcio chlorato fuso pulverato conquassatus ut supra tractetur et destilletur, quamdiu inde Spiritus ponderis specifici 0,793—0,795 elicatur.

Rp. Spiritus Vini rectificatissimi
P. 100

Calcariae ustae contusae P. 30.

In vesicam destillatoriam immissae stent per noctem unam, tum calore balnei aquae destillentur P. 80 et fac ut supra notatum est. Sit ponderis 0,793—0,795.

Spiritus

Vini alcoholisatus.

Rp. Spiritus Vini rectfss. P. 20

[¹] Calcii chlorati fusi et pulverati P. 8.

In lagenam immissas sepone per diem unum et saepius agita, donec Calcium chloratum solutum sit. Dein calore balnei vaporis destillando elice

Partes 18.

Pondus specificum earum sit 0,815—0,820.

Rp. Spiritus Vini rectfss. P. 20

[²] Kali carbonici crudi sicci P. 2.

In lagenam immissae per tres dies seponantur et saepius optime conquassando agitentur. Tum Spiritus Vini decanthatus denuo cum

Kali carbonici sicci P. 2

optime conquassetur et per aliquot dies seponatur. Spiritus iterum decanthatus tum calore balnei vaporis destilletur, donec

Partes 17

elicitae sint. Pond. spec. 0,815—0,820.

Spiritus Vini Gallici
facticius.Spiritus e Vino mixtus. *Brandy. Cognac. Franzbranntwein.*

Rp. Spiritus V. rectfss. 2500,0

[¹] Aquae destill. 1500,0

Spiritus Aetheris nitrosi 10,0

Tincturae aromaticae 5,0

Aetheris acetici 1,0.

Acidi tannici 1,5.

Misce et solve, tum sepone loco tepido per duas hebdomades. Pond. spec. 0,915—0,920.

Rp. Essentiae Spiritus Vini Gallici 1,0

[²] Spiritus Vini rectf. 800,0

Aquae destill. 400,0.

Misce et sepone ut supra notatum est. *Ph. Germ.* Spiritus e Vino nominatur spiritus (46—50%) e vino vero destillando paratus.**Spiritus Vini**
rectificatissimus.Spiritus *Ph. Germanicae*, Spiritus concentratus, Spiritus vini fortior. Alcohol *Ph. U. St.* Spiritus rectificatus *Ph. Brit.* *Rectified Spirit.* *Ph. Brit.* *Alcool Ph. Gall.* *Alcool ordinaire ou Esprit-de-vin Ph. Gall.*

iterata destillatione Spiritus Vini venalis calore balnei aquae efficitur.

Pondus specificum sit 0,830—0,834 *Ph. Austr.*, *Ph. Germ.**Ph. Brit.* Pd. spec. 0,838.*Ph. U. St.* 94% vol., 91% pd. Pd. spec. 0,820.*Ph. Gall.* 95%. Pd. spec. 816.**Spiritus**
Vini rectificatus.Spiritus Vini dilutus s. tenuior. Spiritus dilutus *Ph. Germanicae*. Alcohol dilutum *Ph. U. St.* Alcohol dilutus. Spiritus tenuior *Ph. Brit. Prof. Spirit.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. P. 70

[¹] Aquae destill. P. 30.Misce. Pd. spec. 0,892—0,896 (15° C.) *Ph. Germ.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. Vol. 10,0

[²] Aquae destill. Vol. 3,1.

M. Pd. spec. 0,890—0,892.

Ph. Austr. Pd. sp. 0,894—0,896.*Ph. U. St.* praecipit mixturam e Spirit. V. pd. sp. 0,820 et Aquae dest. ana partibus. Pd. spec. 0,928.*Ph. Brit.* Spirit. rectf. (*Ph. Brit.*) 5 vol., Aquae 3 vol. (49 p. %; 57 v. %). Pd. sp. 0,920.**Spongiae carbolisatae.**

Spongiae antisepticae.

Rp. Spongiarum marinarum frusta magnitudinis pomi.

Ope Acidi hydrochlorici diluti (2,5%) tum ope Natrii carbonici soluti (5%) depurata et aqua calida elota siccantur. Deinde inter lenem pressionem in liquorem submergantur solvendo compositum ex

Acidi carbolici cryst. 10,0

Aquae destill. 150,0

Spiritus Vini 30,0

Olei Lavandulae 1,5

Olei Cinnamomi Cass. 0,5.

Vas operculo sit clausum. Post hebdomadem spongiae exprimantur, paululo aquae eluantur et in aëre siccantur.

Spongiae ceratae.

Frustula majora Spongiae marinae, contextus subtilioris, purgata et siccata Cerae flavae liquatae immergantur. Exemta spongia dein inter laminas duas ferreas posita prelo calefacto comprimatur atque compressa teneatur, donec refrixerit, tum a cera superflua, marginibus adhaerente, mundetur.

Spongiae compressae.

Spongiae marinae contextus subtilioris, purgatae, discissae in frusta oblonga et aqua calida madentes funiculis circumductis fortiter constringantur, gyris funiculi ita contiguus, ut nullus spongiae exitus intersit, et exhibeant cylindros ad digitum fere longos, qui siccati et constricti serventur.

Spongiae depuratae s.
albicatae.

Spongiae insolatae.

Spongiae marinae flavidae primo ope tuditis lignae pulsando ab arena adhaerente et calculis liberatae maccantur per diem unum in Acido mu-

riatico aqua valde diluto (2—3%). Haec maceratio repetenda est, donec partes calcariae perfecte demptae sint. Deinde spongiae aqua elotae in solutionem paratam e

Kalii hypermanganici 2,0 et
Aquae destill. 1000,0

mergantur. Post horam dimidiam spongiae denuo aqua elotae in aquam, in quam

Acidum sulfurosum gasiforme circiter per horae quadrantem inducitur, mergantur. Deinde spongiae Acido muriatico valde diluto (1,5—2%) submergantur, ut partes mangani adhaerentes solvantur. Postremo spongiae in aqua destillata per diem unum macerentur, exprimantur et in aëre siccantur.

Spongiae gummatae.

Sponge Tent.

Rp. Spongiae marinae q. v.
Spongiae Mucilagini Gummi Arabici dilutae immersae eodem modo quo Spongiae compressae tractentur. Tum siccatae delimando a funiculo liberentur.

Spongiae stypticae.

Hémostatique de trousse.

Rp. Boleti igniarii q. v.
Immergatur liquori parato e
Liquoris Ferri sesquichlorati et
Spiritus Vini rectif. aa P.
tum loco luci solis non pervio, calore non adhibito, siccetur.

Spongiae tostae.

Fragmenta Spongiae marinae minutim concisa et purgata sartagine ferreae, operculo obtegendae, immitte, leni igni expone, iterata agitatione adustionem spongiae evitandò, donec portiunculæ exentae facile pulverari possint. Tum pulverata in lagena obturata serventur. Sit pulvis e nigro fuscus, odoris empyreumatici.

Stannum bisulfuratum.

SnS². Aurum musivum s. mosaicum.

Rp. Stanni optimi P. 50.
[1] In crucibulo Hassiaco tecto fuis agitandò admisce (sub divo)

Hydrargyri puri, antea fortiter calefacti P. 25.

Amalgama fere refrigeratum in mortario porcellaneo conteratur et exactissime commisceatur cum

Ammonii chlorati subt. pulv.
P. 25

Sulfuris pulverati P. 30.

Miscela in cucurbitam vitream, ad dimidiam partem capacitatis implendam ingeratur. Cucurbita, cui collum amplum sit, in balneo arenae eadem ratione imponatur, ut arena altitudine centimetrorum duorum superficiem miscelae superet. Tum cucurbita igne modico lente incalcescat, dein rubedine languida fac aestuet, donec Ammonium chloratum expulsum sit et vapores sulfurosi ascendere incipiant. Cucurbitam tum igni statim exime et plane refrigeratam diffringe. Crustam chalybeam (Stannum monosulfuratum) inferiorem, et sublimatum collo cucurbitae adhaerens (Cinnabarem continens) rejice; massam autem e fusciscenti luteam nitentem diligenter collige et conserva. Effic. circiter P. 50.

Rp. Stanni oxydati P. 20

[2] Florum Sulfuris P. 15

Ammonii chlorati P. 5.

Accurate commisceantur et lente calefaciendo urantur, quamdiu vapores (albi) Ammonii chlorati evadunt. Tum massam ab igne remove, ne Stannum bisulfuratum in Stannum monosulfuratum abeat.

Stannum chloratum solutum.

Liquor Stanni chlorati. (*Reagens.*)

Rp. Stanni raspati P. 10

Acidi hydrochlorici (30%)
P. 20.

In cucurbitam immixtas sepone loco tepido, donec metallum fere solutum fuerit. Dein admixtis

Acidi hydrochlorici P. 3 et
Aquae destill. P. 40

filtra. Liquorem in lagena, cui paulum Stanni puri immixsum est, conserva.

Stannum bichloratum solutum.

Liquor Stanni chloridati.

Rp. Stanni chlorati P. 1.

Solve in

Aquae destill. P. 3.

In liquorem ad circiter 50° C. calefactum tandiu

Chlorum

induc, donec liquor hoc gase saturatus sit. Liquor calefaciendo ad 80° C. a Chloro adhaerente liberatus in lagenis obturatis loco umbroso servetur.

Stannum oxydatum.

SnO². Stannum oxydatum album anmale. Cineres Jovis s. Stanni.

Rp. Acidi nitrici crudi (pd. spec. 1,250)

Aquae destill. aa P. 15.

Mixtis paulatim adde

Stanni minutim granulati P. 6 et interdum ope bacilli vitrei agita. Calor ne adhibeatur. Oxydatione Stanni peracta, massam in balneo arenae inter agitationem calefacias, donec vapores e citrino fusci non amplius evadant. Tum massam in ollam, quae

Aquae calidae P. 250

circiter continet, ingestam agitando cum aqua misce. Sedimentando praecipitatum collige, aqua calida ablue et fortiore calore exsiccatum per cribrum trajice. Effic. circiter P. 7^{1/2}.

Stannum**praecipitatum.**

Rp. Stanni chlorati P. 10.

Solve in liquore parato ex

Aquae destill. P. 200 et

Acidi hydrochlorici (25 0/0) P. 20.

In solutionem filtratam immerge

Zinci puri in baculis circiter P. 20,

tum sepone, dum Stannum metallicum praecipitatur, quod interdum ope spatulae vitreae a Zinco remove. Stannum praecipitatum, Zinco rejecto, primum Aqua destillata, postremum Spiritu Vini ablue et sicca. Effic. circiter P. 7.


Stannum pulveratum.

In pyxide commoda, Creta alba intus obducta, vel in mortario ferreo, paulum calefacto, Stannum purum igne liquefactum assidue agitetur, ut in pulverem redigatur, qui a metalli particulis grandioribus separatur.

Stibio-Kali tartaricum.

Tartras stibico-kalicus. Tartarus stibiatus s. emeticus. Antimonium tartaratum. *Weinsaures Antimonyl-Kalium.*

Emétique.



Rp. Stibii oxydati P. 8

Kalii bitartarici puri P. 10

Aquae destill. P. 100.

In vas porcellaneam immisissas per diem dimidium digere, interdum bacillo vitreo agitando, dein ad ebullitionem usque calefac, aquam evaporatam restituendo. Liquorem adhuc fervidum filtra. Dein colatura limpida evaporet ad P. 60 circiter remanentes, quae loco frigido tandiu agitentur, donec plane refrixerint. Sedimento crystallino orto in linteo collecto, liquor ad quartam voluminis partem evaporando redactus eodem modo tractetur. Sedimenta confusa et supra chartam bibulam dispersa loco tepido siccentur. Contrita servantur. Sit sal albissimum, ab Arseno plane liberum. Emeticum: *Dosis*: 0,03—0,05 ter quaterve per horam unam. Expectorans, diaphoreticum 0,005—0,01 pluries per diem. In unguine 1,0 : 5,0—10,0. In unguine ophthalm. 0,05—0,1 : 10,0 adip. In clysmate 0,1—0,3 : 100,0—200,0 aq. *Dos. maxima interna*: 0,2, pro die 0,5!

Stibio-Natrium sulfuratum.

Natrium stibiato-sulfuratum. Sal Schlippii. *Natriumsulfantimoniat.*
 $\text{Na}_3\text{SbS}_4 + 9\text{HO} - 3\text{NaS}, \text{SbS}^5 + 18\text{HO} = 481.$

Rp. Natri carbonici crudi cryst. P. 75.

Solve coquendo in lebetem ferreum immisissas in

Aquae P. 250,

tum admisce inter continuatam agitationem

Calcariae ustae P. 26

ope Aquae P. 50

ad massam pultiformem redactas, et Stibii sulfurati nigri subtt.

pulv. P. 36

Sulfuris sublimati P. 9.

Tum coquere perge, donec liquoris

agitati color griseus evanuerit, aquam evaporatione deminutam subinde restitueno. Dein filtra et massam residuam coquendo cum aquae P. 150 exhauri. Liqueores filtrati commixti evaporando seponendoque in crystallata redigantur, lixivium ultimum rejiciendo. Crystallata inter strages chartae bibulae premendo siccata in lagenis a luce remotis serventur. Lagenae sale repletae Hydrogenii Gase sicco impleantur, dein optime obturentur.

Stibium arsenicum.

Rp. Tartari stibiati 10,0.

Solve in

Aquae dest. fervidae 80,0.

Liquori paulatim affunde

Acidum arsenicum

in Aqua destillata solutum, quamdiu inde praecipitatum producitur, tum ad ebullitionem usque calefac. Praecipitatum in filtrum madefactum transgeratur et tandiu aquae ope eluatur, donec liquor defluens liquore salis magnesici ammoniacalis non amplius turbetur. Praecipitatum deinde leniore calore siccatum sit in aqua insolubile. Effic. circiter 7,5 Gm. *Dosis*: 0,001—0,002—0,003 bis terve pro die. In neurosibus, affectionibus cutis et cordis, asthmate laudatur. Cave cibos et potus alkalinos!

Granules antimoniaux de Papillaud continent in decem granulis 0,0025 Stibii arsenicici.

Stibium chloratum solutum.

Solutio Chloreti stibiosi. Liquor Antimonii Chloridi. Liquor Stibii muratici. Butyrum Antimonii.

$SbCl_3 + 25H_2O - SbCl^3 + 50HO = 680,5$.

Rp. Stibii sulfurati nigri sub. pulv. P. 10.

In cucurbitam vitream satis amplam immissis affunde

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,123) P. 50,

et calore balnei arenae sub divo collocati digere, donec evolutio gasis cessaverit. Liquor refrigeratus per vitrum fundatur et e retorta destillet, donec liquor destillans cum aqua mixtus lacteseat. Tum liquor in retorta residuus

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,06) q. s.

diluatur, ut liquoris filtrati pondus specificum aequet 1,340—1,360. (*Ph. Germanica*.) Causticum.

Ph. Brit. Pd. spec. 1,470.

Stibium

hydrogenatum gasiforme.

Gas Stibii hydrogenati.

Antimoncasserstoffgas.

Rp. Zinci metallici P. 6

Antimonii metallici P. 3

Tartari stibiati P. 1.

In frustula diffractae et in cucurbitam vitream ingestae sensim

Acidi hydrochlorici (25%) q. s. superfundantur, et gas evolutum per aquae parvum volumen perducendo eluatur. Loco Tartari stibiati Stibium chloratum adhibere potes. *Usus*: Ad inhalationes in asthmate, pneumonia, bronchitide etc.

Stibium jodatum.

SbJ^3 . Antimonium jodatum.

Rp. Jodi puri P. 3.

In cucurbitam vitream immissis adijce paulatim et in portiunculis

Stibii regulini pulv. P. 1.

Si mixtio valde incalescat, cucurbita aqua paulum refrigeretur. Reactione peracta, massae refrigeratae affunde

Carbonei sulfurati P. 10,

ut inter lenem agitationem cucurbitae clausae fiat solutio. Liquor in patinam porcellaneam infusus seponatur, ut evaporatione spontanea crystallata Stibii jodati relinquat. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Dosis: 0,005—0,01—0,015. *Dos. maxima*: 0,03. In catarrho chronico laudatur.

Stibium oxydatum.

Oxydum Antimonii *Ph. U. St.*

$Sb_2O_3 = 292 - SbO^3 = 146$.

Rp. Stibii sulfurati nigri crudi sub. pulv. P. 50

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,123) P. 25

Aquae communis P. 50.

Digere sub divo per horas duas. Tum Stibium sulfuratum in linteo collige, aqua bene elue et in cucurbitam vitream amplam immissum superfunde

Acidi hydrochlorici (pd. spec. circiter 1,123) P. 250.

Calefiant sub divo, donec omnis evolutio gasis cessaverit. Liquorem refrigeratum Aquae portiunculis eo modo dilue, ut praecipitatum permanens non exoriatur. Adjectis Natrii sulfurici dilapsi P. 4 (ut plumbum forsitan solutum praecipitetur), per chartam bibulam filtra. Dein liquorem filtratum, in patinam porcellaneam immissum sub divo evapora, donec

Partes 70

supersint, quas inter agitationem in vas, quod

Aquae calidae P. 1750

continet, effunde.

Praecipitatum inde ortum in linteo collige et Aqua destillata bene elue.

Dein praecipitato in vas amplum vitreum immisso affunde paulatim liquorem filtratum, paratum solvendo e

Natrii carbonici dep. P. 8 et Aquae P. 25

aut tantum hujus liquoris, donec miscela agitata et calore balnei vaporis digesta sit paulum alcalina et gas Acidi carbonici non amplius extricetur. Tum massa cum aqua destillata commisceatur, exactissime eluatur et siccetur. Est pulvis albus, valde emeticus, qui ad usum therapeuticum raro adhibetur. Effic. circiter P. 30.

Stibium oxydatum fuscum.

Crocus Metallorum.

Rp. Kalii nitrici dep.

Stibii sulfurati nigri aa P.

In pulverem redactae et bene mixtae per vices in crucibulum candens immittantur. Detonatione peracta, massa metallica gravior, in crucibuli fundo haerens, a scoriis albicantibus separetur, tum in pulverem subtilissimum redacta aqua fervida excoquatur, sedulo edulcoretur et siccetur. Sit pulvis e viridi fuscus. Ad usum veterinarium.

Stibium oxyjodatum.

Oxyjoduretum Antimonii.

Rp. Kalii jodati P. 15.

Solve in

Aquae destill. P. 60.

Liquori limpido inter agitationem paulatim instilla

Liquoris Stibii chlorati P. 10.

Praecipitatum citrinum inde exortum Aquae destillatae paulo abluatur et inter strages chartae bibulae pressum lenissimo calore siccetur. Sit coloris expers et insipidum. Dosis magna: 0,015 Gm.

Stibium purum.

Sb. Regulus Antimonii.

Rp. Stibii oxydati sicci P. 100

Natrii carbonici exsiccati P. 80

Carbonis vegetabilis P. 20.

Bene mixtae comprimendo in crucibulum Hassiacum usque ad dimidium explendum ingerantur et crucibulum latere tectum excandefiat per horam dimidiam. Post refrigerationem metallum a scoriis liberatum denuo liquetur. Effic. P. 60.

Stibium sulfuratum aurantiacum.

Sulfuretum stibicum auratum. Sulfur auratum (Antimonii). Sulfidum stibicum. $Sb_2S_3 = 404 - SbS^5 = 202$.

Rp. Crystallorum Stibio-Natrii sulfurati recens paratorum, adhuc humidorum P. 26

(vel crystallor. siccata. P. 24).

Solutae in

Aquae destill. frigidae P. 100

filtrantur, dein dilutae

Aquae communis filtratae

P. 600

inter agitationem (sub divo) infundantur

in mixturam refrigeratam, paratam ex

Acidi sulfurici conc. P. 9 et

Aquae destill. P. 200.

Praecipitatum inde exortum collige, Aqua destillata abluatur, dein inter strages chartae bibulae preme et loco umbroso tepido (25° C.) quam celerrime sicca. Tritum in vasis obturatis a luce remotis asserva. Dosis: 0,01—0,05—0,1 pluries per diem.

Stibium sulfuratum nigrum depuratum.

Sulfidum s. Sulfuretum stibiosum. Sulfidum Antimonii purificatum.

$Sb_2S_3 = 336 - SbS^2 = 168$.

Rp. Antimonii sulf. crudi q. v.

Contundendo, pulverando laevigandoque in pulverem impalpabilem reductum in lagenam immittatur. Tum affundatur

Liquoris Ammonii caustici volumen triplex. Sepone per aliquot dies et saepius agita. Dein sedimentum aqua bene ablue et sicca.

Stibium sulfuratum nigrum purum (facticum).

Rp. Stibii metallici in subtilissimum pulverem contriti *P.* 25
Sulfuris sublimati *P.* 11.

Bene mixtae in crucibulum immittantur et strato salis culinaris exsiccatae crassitudinis pollicis tectae, crucibulo operculo clauso, primum sensim calefiant, tum per semihoram candeant. Post refrigerationem crucibulo diffracto, massa cohaerens, metallice nitens, crystallina a scoria e stibio forsan adhaerente mundata in vase clauso servetur.

Stibium sulfuratum rubeum.

Stibium sulfuratum cum Oxydo. Oxy-sulfuretum stibicum. Kermes minerale. Antimonium sulfuratum *Ph. Brit. Ph. U. St.*

Rp. Natrii carbonici cryst. *P.* 25.
Solve coquendo in lebetem ferreum immissas in

Aquae *P.* 250
et, dum liquor ebulliat, inter agitationem paulatim adijce

Stibii sulfurati nigri laevigati *P.* 1.

Per horas duas coquere perge, aquam evaporatione deminutam interdum restituendo, dein liquorem adhuc fermentem per chartam bibulam in vas calefactum quam celerrime filtra et sepone, ut lente refrigeret. Tum post diem unum sedimentum exortum in filtro colligatur et Aqua destillata abluatur, quamdiu charta exploratoria rubra aqua defluente adhuc mutetur. Tandem sedimentum e rubro fuscum inter strages chartae bibulae preme et loco tepido sicca. Serva in vasis obturatis, a luce remotis, (*Ph. German.*)

Dosis: 0,02—0,05—0,1. *Evita:* acida,

cibaria acidula, alkalia, carbonates alkalinos.

Stibium sulfuratum rubeum ab Oxydo liberum.
SbS². Stibium sulfuratum rubeum *Ph. Wrtb. veteris.*

Rp. Stibii sulfurati nigri laevigati *P.* 5

Kali caustici soluti (pond. spec. 1,33) *P.* 16

Aquae destill. *P.* 60.

In lebetem ferreum immissas inter agitationem per semihoram coque, tum, admixtis

Aquae dest. fervidae *P.* 250, filtra, residuum Aqua destillata fervida eluendo. Liquorem filtratum infunde in mixturam paratam ex

Acidi sulfurici diluti *P.* 20
et Aquae destill. *P.* 80.

Praecipitatum inde exortum et in linteo collectum Aqua destillata edulcoretur, dein in vas porcellaneum ingestum, admixtis

Acidi sulfurici diluti *P.* 10 et
Aquae dest. fervidae *P.* 20,

inter perpetuam agitationem per horae quadrantem coque. Quo facto praecipitatum denuo aqua elue et admixtis

Natrii carbonici cryst. *P.* 2 solutis in

Aqua destill. *P.* 50

per biduum, interdum agitando, digere, postremum Aqua destillata omnino elue, exprime et loco tepido umbroso sicca.

Sit pulvis e rubro fuscus. Cum Acido tartarico in aqua soluto conquassatus praebat filtratum, quod Aqua hydro-sulfurata affusa vix turbetur.

Stili aristolati.

Bacilla Aristoli.

Rp. Aristoli vel Jodothymoli 5,0
Gummi Arabici q. s.

Glycerinae q. s.

Misce, ut fiat massa pastae consistentiae, ex qua formentur bacilla duo longitudinis 5 cm. et crassitudinis 0,7—1 cm.

Stili caustici.

Styli caustici.

Stili caustici e variis substantiis vi caustica praeditis parantur. Sint longi-

tudinis cm. 4—5 et crassitudine mm. 4—5, si medicus magnitudinem non praecipiat. Forma sit cylindrata.

Stili unguinosi

(Unna).

Stili unguentes. *Salbenstifte*.

Stilis unguinosi, a Doctore Unna in medicinam inductis massa fundamentaria substrata est, quae ex

Paraffinae solidae 20,0

Cetacei

Olei Cacao aa 23,0

Adipis benzoïnati 34,0—40,0

Substantiae medicinalis q. s.

leni calore componitur. Massa semifluida in tubos vitreos infusa, tum refrigerata stili centimetra quinque ad septem longi et millimetra quinque ad octo crassi dispositioni medici convenientes praebent.

Substantiae medicinalis quantitas, quae stilus contineat, a medico praecipitur. Continet

Stilus unguens Acidi carbonici 10—20—30 %

— — Acidi chrysarobinici 30 %

— — Acidi salicylici 10—20—40 %

— — Arsenici 10 %

— — Empl. plumbici 30—40 %

— — Hydrargyri oxydati 5 %

— — Hydrargyri bichlorati corros. 1—5—10 %

— — Ichthyoli 30 %

— — Jodoformii 40 %

— — Kreosoti 10—20—30 %

— — Pyrogalloli 30 %

— — Resorcini 20—30 %

— — Zinci sulfo-carbonici 5 %.

Stomachus vitulinus.

Küberlaab. Laab.

Stomachus quartus (abomasus) vituli lactantis, aqua frigida ablutus, supra laminam ligneam vel chartaceam expandatur et loco tepido perfecte sicca-

Hager.

tus in taleolas scindatur. Serva in vasis e lamina ferrea, Stanno obducta confectis et clausis.

Strontiana carbonica.

Paretur aequali modo quo Baryta carbonica, nisi quod loco Baryi chlorati sumatur Strontiana nitrica crystallisata.

Strychninum.

Strychnia. Strychnina.

$C_{21}H_{22}N_2O_2 - C^{42}H^{22}N^2O^4 = 334.$

Rp. Seminis Strychni P. 100.

Raspatis, tum siccatis atque grosso modo pulveratis et in vesicam destillatoriam immissis affunde

Aquae P. 80

Spiritus V. rectfss. P. 150.

Digere per horas 24, tum cola et exprime. Residuo iterum affusis Spiritus V. rectificatissimi P. 20 et Aquae P. 40 digere et exprime. Liquores commixti, Spiritu magna ex parte destillando elicto, ad remanentiam Partium 120 redigantur, tum cum solutione aquosa

Plumbi acetici P. 3

vel quantitate eadem solutionis commisceantur, quamdiu praecipitatum inde producitur. Praecipitatum filtrando separato, liquore limido, evaporando leni calore et agitando ad Partes 25 redacto, admisce

Magnesiae ustae P. 3.

Sepone per aliquot dies loco frigido et interdum agita. Dein sedimentum collige, Aquae destillatae frigidae parva copia ablue, exprime et leni calore sicca. In pulverem conterendo conversum

Spiritus Vini rectfss.

calidi quantitate sufficiente exhauriatur et tincturae primum destillando, dein evaporando ad P. 5 remanentes redigantur. Tum loco frigido seponantur. Strychninum separatum filtro impone et Spiritu Vini absoluto frigido ablue, donec liquor defluens affuso Acido nitrico non amplius colore rubro tingatur. Strychninum solvendo in Spiritu Vini diluto seponendoque in crystallata conversum et leni calore siccatum cautissime serva. Venenum: Tonicum amarum, stimulans et regulans functiones medullae dorsalis. *Dosis*: 0,001—0,003—0,005—0,01 bis terve

per diem! *Dos. max.*: 0,01, pro die 0,03 (in Germania 0,02. In unguibus 0,1—0,3:10,0 adipis. Strychninum sulfuricum vel nitricum praeferenda sunt.

Nota. Bruicinum etiam a Strychnino macerando in Spiritu vini anhydro vel absoluto frigido separandum est, in quo spiritu Bruicinum solubile, Strychninum insolubile.

Strychninum aceticum.

Rp. Strychnini puri P. 10.

In pulverem contritas solve calore modico in

Aquae destill. P. 40

Aceti concentrati P. 7

vel quantum requiritur, ut solutio parum acida sit. Tum calore 60° C. therm. non excedente in balneo vaporis ad sicum evaporetur. Sit pulvis albus, in aqua (quia pars Acidi acetici inter praeparationem nimio calore saepe abit) additis guttulis aliquot Aceti concentrati facile solubilis.

Nota. Solutio Strychnini acetici evaporando et refrigerando crystallata edit. Si hujus salis quantitates majores parvas, modus crystallisandi commendandus est.

Strychninum arseniosum.

Arsenites Strychnini (s. Strychniae).

Rp. Strychnini puri 10,0

Acidi arseniosi (Arsenici albi) 10,4

Acidi hydrochlorici (25%) 16,0

Aquae destillatae 700,0.

In cucurbitam vitream ingesta sensim calefac interdum agitando, usque ad ebullitionem. Liquorem fervidum filtra, tum sepone loco frigido. Die altero crystallula exorta collige. Lixivium matrix evaporando seponendoque nonnulla crystallula demittit. Sint crystallula prismatica decoloria pellucida, solubilia in aquae p. 300, aquae fervidae p. 16. *Dosis pro equo*: 0,2, et sensim augenda usque ad 0,6—0,8 gm. (Malandria sive pituita, *Rotz, morve, coryza.*)

Strychninum hydrochloricum.

Strychninum muriaticum.

Paretur aequali modo atque Strychninum aceticum e

Strychnini puri P. 36

Aquae destill. P. 350 et

Acidi hydrochlorici puri (p. sp. 1,123) P. 15 vel

quantum ad perfectam neutralisationem Strychnini sufficit. Sint crystallula decoloria. *Dos. conf.* Strychninum.

Strychninum jodato-hydrojodicum.

Jodure d'iodhydrate de Strychnine.

Rp. Strychnini nitrici P. 40.

Solve in

Aquae dest. fervid. P. 400.

Liquori admisce solutionem param c

Kalii jodati P. 18

Jodi puri P. 13

Aquae destill. P. 180.

Sepone per aliquot horas loco frigido. Praecipitatum exortum collige, aqua frigida ablue et solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo fervido et seponendo in crystallata redige. Sint crystallula acicularia saturate rubra. Inter strages chartae bibulae premendo siccata servantur in vitro clauso, a luce remoto.

Strychninum nitricum.

Nitras strychninus s. Strychniae.

$C_{21}H_{22}N_2O_2 \cdot HNO_3 - C^{42}H^{22}N^2O^4, NO^5,$
 $HO = 397.$

Paretur aequali modo, quo Strychninum sulfuricum, e

Strychnini puri P. 11

Aquae destill. P. 220

Acidi nitrici (pond. sp. 1,153) P. 8

vel quantum ad perfectam neutralisationem Strychnini requiritur. *Dosis*: 0,001—0,003—0,005. *Conf.* Strychninum. *Dos. maxima*: 0,01, pro die 0,02 (*Ph. Austr.* 0,007, pro die 0,02).

Strychninum sulfuricum.

Sulfas Strychninae s. strychnicus.

$(C_{21}H_{22}N_2O_2)_2 \cdot H_2SO_4 \cdot 7H_2O = 892 -$
 $C^{42}H^{22}N^2O^4, HO, SO^3 + 7HO = 446.$

Rp. Strychnini puri P. 35.

Contritas misce cum

Aquae destill. P. 180.

Mixtioni ad 40–60° C. therm. circiter calefactae instilla

Acidi sulfurici diluti (10 %
H₂SO₄) P. 51

aut quantum ad perfectam neutralisationem requiritur; sed cave, ne acidum praevaleat. Liquorem (si opus sit, filtratum), calore 50° C. therm. non excedente, evaporando et seponendo in crystallam coe, quae inter chartam bibulam premendo siccata statim in lagenulis bene obturatis asserva. Sint crystallae coloris expertia, cubica, neutra, in aëre subfatiscentia. *Dosis maxima*: 0.01 (in *Austr.* 0,007), pro die 0,03 (in *Germ.* et *Austr.* 0,02).

Styrax Calamita facticius.

Rp. Residui siccati et subt. pulverati Corticis Chinae, post parationem Extracti Chinae obtenti, P. 50

Corticis Cascariillae subt. pulv. P. 10.

Exacte commisceantur cum mixtione calefacta, parata e

Balsami Peruviani P. 2

Styracis liquidi P. 6

Tincturae Benzoës P. 15.

Rp. Styracis liquidi P. 20

[²] Balsami Peruviani P. 2

Corticis Cascariillae subt. pulv. P. 50

Olibani pulv. P. 5.

Misce. Fiat pulvis grumulosus.

Styrax depuratus.

Styrax praeparatus *Ph. Brit.* Balsamum Storacis liquidum.

Rp. Styracis liquidi venalis 100,0.

Solve agitando in

Benzoli s. Benzini lithanthracini 60,0.

Post diem unum liquor in vase clauso filtretur et colatura loco calido evaporando a Benzolo liberetur. Sit massa consistentiae terebinthinae larinicinae, in spiritu perfecte solubilis.

Succi antiscorbutici.

Rp. Herbae recentis:

Nasturtii aquatici

Cochleariae

Trifolii fibrini aa P.

Concisae contusaeque exprimantur. Succus inde obtentus seponatur per horas duodecim, tum decanthur.

Succus Citri facticius.

Succus Limonis. Liquor Acidi citrici
Ph. Fenn.

Rp. Acidi citrici cryst. 7,0.

Solve in

[¹] Aquae destill. 93,0.

Tum adde

Olei Citri *Gutt.* 1

et fortiter conquassa, tum filtra.
Paretur ad usum.

Rp. Acidi citrici cryst. 70,0.

Solve in

[²] Aquae destill. 850,0.

Tum admisce

Olei Citri 0,7 vel *Gutt.* 20

solutas in

Spiritus V. anhydri 80,0.

Fortiter agita per horae quadrantem et sepone per dies duos, postremo filtra per chartam bibulam. Serva in vitris bene clausis, a luce remotis. (*Ad usum mercatorum.*)

Succus Dauci inspissatus.

Rp. Radices Dauci Carotae recentes.

Mundatis et raspatis affunde

Aquae fervidae

volumen circiter dimidium, ut mollescant. Tum exprime. Succus semel ebulliendo colandoque clarificatus calore balnei vaporis ad extracti tenuioris spissitudinem evaporetur.

Succus Herbarum.

Succi Herbarum recens expressi.

Kräutersäfte.

Plantae recentes, aut earum partes in mortario lapideo contundantur et ope preli exprimantur. Succum expressum per linteum cola, sepone per aliquot horas et decantha. Semper recens parandus est.

Succus Hyoseyami*Ph. Brit.*

Rp. Fol. et herbae recentis Hyoseyami 100,0.

Contundantur in mortario et exprimantur. Succi exprimendo collecti volumina tria cum

Spiritus Vini rectifss.

volumine una commisce. tum per hebdomadem sepone, deinde filtra. Serva in vitris clausis loco frigido, a luce remoto. *Dosis*: 1,5—3,0 *Ph. Brit.*

Aequali modo parentur:

Succus Belladonnae, *Dos.* 0,3—1,0— **Conii**, *Dos.* 1,5—3,0— **Scopariae**, *Dos.* 3,0—6,0— **Taraxaci**, *Dos.* 3,0—6,0.**Succus inspissatus.**Extractum fructus. *Roob.*

Rp. Fructus maturos quosvis.

Digerantur calore balnei aquae bullientis cum aquae fervidae parva quantitate, tum exprimantur. Succus sedimentando et colando depuratus calore balnei vaporis ad densitatem extracti densioris redigatur. Partibus nonagenis (90) succi inspissati admisce

Glycerinae *P.* 10.

Serva loco sicco et frigido.

Hoc modo parentur

Succus (Extract.) Ebuli

e baccis Sambuci Ebuli.

— **Juniperi** (= Syrupus Juniperi) e baccis Juniperi communis. Sit densitatis mellaginis.— **Sambuci**

e baccis Sambuci nigrae.

— **Spinae cervinae**

e baccis Rhamni cathartici.

Succus Liquiritiae depuratus.

Succus Liquiritiae venalis, stratis altero alteri impositis, stramine puro interjecto, maceretur per biduum in aquae destillatae purae ea copia, ut centim. duobus strata superet.

Liquore per epistomium defuso, maceratio eodem modo repetatur.

Liquores sedimentati, decanthati et colati in balneo aquae ad consistentiam extracti spissioris evaporentur. Hic succus cum aqua solutionem limpida praebet.

Succus Liquiritiae ammoniacatus.

Rp. Succi Liquirit. dep. 200,0.

Solutis in

Aqua destill. 250,0

admisce

Ammonii carbonici 15,0

soluta in

Aqua destill. 50,0.

Sepone loco frigido per triduum, tum decantha per colatorium fundendo. — Liquor limpidus in balneo aquae ad spissitudinem extracti evaporetur.

Succus Liquiritiae depuratus in bacillis.Rp. Succi Liquiritiae depurati tepefacti, consistentia extracti mollis, *P.* 155.

Commisceantur cum miscela pulverea parata e

Sacchari albi *P.* 20 etDextrinae *P.* 25,

et inter agitationem calore balnei vaporis ad justam consistentiam evaporentur. Massa adhuc calida, quae depsi potest, in bacilla vel magdaleones tenuiores redigatur, qui loco tepido siccati, tum illinendo Spiritu Vini splendore induantur et in vasis e lamina alba confectis asserventur.

Succus Liquiritiae anisatus paratur aequali modo e Succo Liquiritiae *P.* 100, Sacchari albi, Dextrinae *aa P.* 25, Olei Anisi stell., Spiritus Vini *aa P.* 1.

Succus Liquiritiae compositus, Liquiritia Anglica, paratur e Succo Liquiritiae dep. 2 et Gummi Arabici 1, solvendo in Aqua evaporandoque. Fiant bacilla tenuia.

Succus**Liquiritiae depuratus liquidus.**Extractum Glycyrrhizae depuratum solutum. (*Ad recepturam.*)

Bacillis Succi Liquiritiae crudi optimi, stratis altero ad alterum stra-

mine interjecto, in dolium extractorium impositis affunde Aquae coctae frigidae eam quantitatem, ut strata bacillorum obtegantur. Tum sepone calore +5 ad 12° Cels. therm., per sex vel octo dies, sed agitationem evita. Post hoc tempus, liquido ope strophingis emisso, aquae nova quantitas caute affundatur et dolium eodem modo per tres dies seponatur.

Liquores colati evaporando in balneo vaporis atque inter agitationem ad syrupi densioris spissitudinem redigantur, eorumque

Partes 10 cum

Spiritus Vini rectif. P. 1

conquassando optime commixtae in lagenis vitreis obturatis loco frigido asserventur.

Partes tres liquidi contineant Partem unam Succu Liquiritiae siccū vel Partem unam et dimidiam succi extracti spissitudinis, quod evaporatione exploratur.

Signa: Succus Liquiritiae depuratus. Sumatur triplum aut duplum.

Succus

Liquiritiae solutus.

Solutio Succu Liquiritiae.

Rp. Succu Liquiritiae dep. P. 1

Aquae destill. P. 3.

Solve. Pond. spec. 1,100.

Succus

Liquiritiae tabulatus

Ph. Hann.

Rp. Gummi Arabici pulv.

Dextrinae pulv.

Sacchari aa P. 1.

Mixtae et in lebetem stanneum immiscae commisceantur cum

Aquae destill. q. s.,

ut fiat liquor spissus, cui addatur

Succu Liquiritiae dep. spissitudinis extracti P. 8.

Mixtura ad consistentiam pilularem evaporando redacta, dein cylindri ope ad placentas expandatur et scindendo in tabellas rhomboideas dividatur, quae siccatae in cistis clausis loco sicco asservuntur.

Succus viridis.

Saftgrün.

Rp. Baccarum Rhamni cathartici,

nondum maturarum (mense Septembri ineunte collectarum) P. 300.

Affunde

Aquae communis P. 10.

Inter agitationem usque ad ebullitionem calefac, tum exprime.

Succus expressus, per tres dies loco temperato sepositus, deinde decantatus et colatus in lebetem cupreum mundatum immittatur et inter agitationem ad mellis spissitudinem evaporetur. Massae calidae admisce

Aluminis pulv. P. 5,

et inter agitationem calore balnei vaporis instilla


Tincturae Indigo

parvam quantitatem, vel quantum requiritur, donec massa saturate viridis appareat.

Massam ad extracti spissi consistentiam evaporando redactam, adhuc calidam in vesicas et in intestina bovina mundataingere et loco tepido exsicc.

Sulfonalum.

Sulfonal. Diaethylsulfondimethylmethan.



Crystalli prismatici coloris, odoris et saporis expertes, calore fortiore avolantes, calore 125° C. liquescentes, solubiles in aquae frigidae partibus 500, in aquae fervidae p. 15, in spiritus frigidu p. 65, in spiritus ebullientis p. 2, in aetheris p. 135, liquores neutrales praebentes. Sulfonali 0,1 cum carbone e ligno mixtum et in cylindro vitro reactorio percalefactum odorem Mercaptani exhalat. Solutio aquosa neque Baryo nitrico turbetur. Hypnoticum mite, in diabete mellito excretionem sacchari urinalis retinens. *Dos.:* 2,0—3,0—4,0. *Dos. max.:* 4,0, pro die 8,0!!

Sulfur depuratum.

Sulfur lotum. S = 32 — S = 16.

Rp. Sulfuris sublimati P. 20

Ammonii caustici soluti P. 2

Aquae destill. q. s.,

ut agitando massa pultiformis efficiatur, quae vase clauso loco tepido per triduum seponatur. Dein, immixtis

Aquae destill. P. 20,

massam in manicam lineam vel vas deturbatorium ingestam Aqua destillata exacte ablue, tum paulum exprime, et loco tepido siccata per cribrum trajice. Serva in vasis clausis. Hoc Sulfur cum aqua conquassatum praebeat filtratum, quod chartam exploratoriam ne mutet.

Sulfur jodatum

(s. Escularii).

Jodetum Sulfuris cum Sulfure *Ph. Neerl.*
Jodidum Sulfuris. Jodum sulfuratum.

Rp. Jodi *P.* 4

Sulfuris sublimati loti *P.* 1.

Conterendo sub divo in mortario porcellaneo mixtas in cucurbitam vitreamingere et supra nonnullas prunas aut in balneo arenae parvo ita colloca, ut miscela lentissime calefiat. Simulatque massa fere nigra apparet, calorem paulum auge, donec massa liquata sit, quae leni agitatione cum Jodo fortasse sublimato misceatur. Tum sepone. Massam refrigeratam, cucurbita diffracta, collige et in pulverem redactam in lagenis vitreis obturatis serva. (*Ph. Germanica.*)

Nota. Sulfur jodatum Bietti paritur e Jodi et Sulfuris $\frac{aa}{aa}$ Partibus.

Dosis: 0,05—0,1 quater quinquiesve per diem. In unguine 1,0; 10,0—20,0 adipis.

Sulfur praecipitatum.

Magisterium vel Lac Sulfuris.

Rp. Calcariae ustae *P.* 25.

In lebetes ferreo cum

Aquae *P.* 150

in massam multiformem redactis adde

Sulfuris sublimati *P.* 50

Aquae fervidae *P.* 500.

Inter agitationem coque per horam unam, tum cola, residuum aquae fervidae *P.* 200 eluendo. Liquores commixti sedimentando filtrandoque depurati diluantur Aquae volumine aequali. Tum inter assiduam agitationem instilla (sub divo) mixturam paratam ex

Acidi hydrochlorici (pd. spec.

1,123) *P.* 41 et

Aquae *P.* 150

(vel eam quantitatem hujus mixturae acidae, ut portiuncula liquoris filtran-

do separata admixto acido non nisi paulum turbida appareat). Praecipitatum inde exortum collige, aqua ablue et per aliquot horas macera in mixtura parata ex

Acidi hydrochlorici *P.* 5 et

Aquae *P.* 50

et interdum agita. Tum sedimentum in manicam immitte, aqua bene ablue et loco vix tepido sicca. Serva in vasis obturatis. Sit odoris expers. Effic. circiter *P.* 30. *Dos.:* 1,0—2,0 (laxans).

Suppositoria.

1) *Stuhlzäpfchen.*

Massa constituens: Sapo, Oleum Cacao, miscela e Glycerina, Amylo, Gummi Arabico, Aqua destillata, Gelatina etc.

Pondus: 1,0—5,0.

Forma: conica vel conoïdis, vel cylindrato-ovata.

Magnitudo: 2,5—3—4 cm. longa, et 1—1,5 cm. diametri basei.

Substitutum: Suppositoria cava cum aut sine obturamento, ex Oleo Cacao, minore copia Ceræ combinato confecta. Haec medicamine replentur.

Suppositoria vaginalia s. Globuli vaginales.

2) *Mutterzäpfchen.*

Massa constituens: Sapo, Oleum Cacao, miscela e Gummi Arabico, Glycerina diluto, Amylo etc.

Pondus: 3,0—10,0.

Forma: globulosa vel ovo similis vel ovoïdea.

Substitutum: Capsula vaginalis, e Gelatina confecta, quae medicamine replentur.

Suppositoria Acidi carbonici cum Sapone

Ph. Brit.

Carbol-Suppositorien.

Rp. Acidi carbonici 0,75

Saponis domestici pulv. 11,5

Glycerolati Amyli 2,5 vel q. s.

Misce, ut fiat massa depsiticea, quae in partes duodecim (12) aequales dividatur. Partes singulae in formam suppositoriorum transducantur. *Ph. Brit.*

Suppositoria Acidi tannici.

Suppositoria tanninata.

Rp. Adipis suilli P. 15

Cerae flavae P. 10.

Liquatis refrigeratisque immisce

Acidi tannici P. 5

antea commixtas cum

Glycerinae P. 5.

Massa dividatur, ut partes singulae contineant Acidi tannici 0,2 Gm. Partes singulae ad formam conicam suppositoriorum redactae post aliquod tempus submergendo illinantur mixtura colligando effecta e

Cerae flavae P. 2 et

Adipis P. 3.

Tum suppositoria loco frigido sepellantur.

Ph. Brit. Acidi tannici 2,4, Olei Cacao 10,0. Dividantur in partes 12, quae singulae in suppositoria transformentur.

Suppositoria Acidi tannici cum Sapone*Ph. Brit.*

Rp. Acidi tannici 2,4

Glycerolati Amyli 2,0

Sapon. domest. pulv. 6,2

Amyli pulv. q. s.

Misce, ut fiat massa depsiticea, quae in partes duodecim (12) aequales dividatur. Partes singulae in suppositoria transformentur. *Ph. Brit.*

Suppositoria Aloës.*Suppositoires d'Aloës.*

Rp. Olei Cacao 40,0.

Liquatis, tum semirefrigeratis immisce

Aloës subt. pulveratae 5,0.

Modo eodem, quo suppositoria Olei Cacao, parentur suppositoria decem, quorum singula *Decig.* quinque Aloës contineant. *Ph. Gall.*

Suppositoria antihæmorrhoidalia

Hillaireti.

Rp. Olei Cacao 9,0

[¹] Jodoformii 1,0.

Misce leni calore. Fiant suppositoria ponderis grammatis 1,0.

Supp. antihæmorrh. Martini.

Rp. Antipyrinae 2,5

[²] Olei Cacao 8,0.M. f. suppositoria quinque. *Usus:*

Duo ad tres pro die.

Suppositoria Aristoli vaginalia.

Globuli vaginales Aristoli.

Rp. Aristoli 1,0—2,0

Olei Cacao 10,0 vel q. s.

Misce. Fiant globuli duo.

Suppositoria Belladonnae

parentur ex Extracti Belladonnae P. 5, Unguenti Populei P. 70, Cerae flavae P. 30. Suppositorium sit ponderis grammatis 1,0.

Suppositoria Glycerinae.

Rp. Lanolinae anhydrae 20,0

Olei Cacao 12,5

Cerae albae 15,0.

Leni calore colliquatis terendo admisce

Glycerinae 20,0

Aquae destill. 7,5

antea commixta. Fiant suppositoria decem. Ad usum pro infantibus fiant suppositoria quindecim.

Suppositoria Hydrargyri.*Mercurial suppositories.*

Rp. Olei Cacao 10,0.

Leni calore liquatis adde

Unguenti Hydrargyri 5,0.

Fiant suppositoria duodecim. (*Ph. Brit.*)**Suppositoria Jodoformii.**

Rp. Jodoformii 2,4.

Terendo misce cum

Olei Cacao 10,0.

Divide in partes aequales duodecim (12), quae singulae in suppositoria transformentur. *Ph. Brit.*

Suppositoria Morphini.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,36

Olei Cacao 11,6.

Conterendo mixta in partes aequales duodecim (12) divide et partes singulas in suppositoria transformata. *Ph. Brit.*

Usus: Vespere suppositorium singulum in vaginam vel rectum ingeratur.

Suppositoria Morphini cum Sapone.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,36
Glycerolati Amyli 2,0
Sapon. domest. pulv. 6,5
Amyli pulv. q. s.

Misce, ut fiat massa depositea, quae in partes aequales duodecim (12) dividatur. Singulae partes in suppositoria transferuntur. *Ph. Brit.*

Suppositoria Olei Cacao.

Suppositoires de Beurve de Cacao.

Rp. Olei Cacao 25,0.

Leni calore liquata et semirefrigata infundantur in modulos sex e charta confectos, formae conicae, paulo elongatae. (Temporibus aestivis Olei Cacao partibus denis (10) addatur P. 1 Ceræ albae.) *Ph. Gall.*

Suppositoria Plumbi composita

Ph. Brit.

Rp. Plumbi acetici 2,4
Opii pulv. 0,8
Olei Cacao 8,2.

Mixta in partes aequales duodecim (12) divide et singulas in suppositoria transforma. *Ph. Brit.*

Suppositoria Ratanhae.

Suppositoria cum Extracto Ratanhae.

Rp. Extr. Ratanhae sicci pulv. 1,0
Olei Cacao 3,0.

Misce leni calore et in formam suppositorii transduc. *Ph. Gall.*

Syrupus Absinthii.

Rp. Syrupi Sacchari P. 90
Tincturae Absinthii P. 10.

Misce. Ex tempore. (*Ph. Brit.*).

Simili modo ex tempore parentur:

Syrupus Aurantii corticis

(*Syrop de Laroze*).

- Benzoës
- Caryophyllorum
- Catechu
- Chinae corticis

Syrupus Cinnamomi Cassiae

- Colchici
- Croci
- Gallarum
- Gentianae
- Guajaci ligni
- Ledi palustris
- Lobeliae
- Lupulini
- Mari veri
- Matico s. Foliorum Piperis angustifolii.
- Valerianae
- Vanillae
- Zingiberis.

Syrupus Aceti.

Oxysaccharum.

Rp. Aceti concentrati (pd. spec. 1,040) P. 7

Syrupi Sacchari P. 93.

Misce.

Syrupus Aceti Colchici.

Rp. Aceti Colchici P. 35
Sacchari albi P. 65.

Digerendo fiat syrupus.

Aequali modo parentur:

Syrupus Aceti Digitalis
— Aceti Scillae.

Syrupus Aceti Rubi Idaei.

Rp. Syrupi Aceti
— Rubi Idaei aa P.

Ph. Gall.

Syrupus Acidi citrici.

Loco Syrupi Succii Citri.

Syrop de Limon. Syrop d'Orange.

Rp. Acidi citrici cryst. 2,0.

Solve in

Syrupi Sacchari 200,0.

Ph. U. St. Acidi citrici 8, sol. in Aq. 8, Spirit. Citri 4, Syrupi Sacch. 980.

Ph. Gall. Acidi citrici 10,0, Aq. 10,0, Syrupi Sacch. 980,0, Alcoholaturae Citri 20,0. Eodem modo parentur:

Syrupus Acidi tannici.
— tartarici.

Ph. Gall.

Syrupus**Acidi hydrocyanici.**

Rp. Acidi hydrocyanici *P.* 1
Syrupi Sacchari *P.* 100.
Misc.

Syrupus**Acidi hydrojodici.**

Syrupus Acidi hydriodici decolor.
Rp. Kali jodati 10,0
[¹] — hypophosphorosi 0,25.
Solve in
Aquae dest. frigidae 20,0.
Tum admisce
Acidi tartarici 9,15
soluta in
Spiritus V. diluti 20,0.

Mixturam in lagenam infusam in
aquam ex nive resolutam (aquam ni-
vatam) per horam dimidiam vel lon-
gius tempus colloca. Dein liquorem
per filtrum chartaceum funde. Infun-
dibulum vitreum eo modo collocatum
sit, ut pars exitus inferii tubi infra
superficiem Syrupi Sacchari inveniatur.
Hujus

Syrupi Sacchari 535,0
in olla vitrea insunt. Post defluxum
liquoris e filtro, residuum in filtro ab-
luere affundendo

Spiritus V. diluti 20,0.
Syrupus cum liquore filtrato agi-
tando commixtus in lagenis plane re-
pletis obturatisque loco a luce remoto
asservandus est.

Syrupus Acidi hydriodici *Ph. U. St.*

Rp. Jodi puri *P.* 10
[²] Spiritus V. rectfss. *P.* 80.
Solutione peracta, adde
Syrupi Sacchari *P.* 150.
In mixturam hanc inducatur

Gas hydrosulfuratum,
donec liquor colorem flavidum acce-
perit. Tum filtra, filtrum aqua eluen-
do. Liquorem da in patinam porcel-
laneam et calefac, calore 55° C. non
superante, donec odor hydrosulfureus
liquoris evulsus est. Deinde liquorem
hunc commisce cum

Spiritus Aurantii cort. *P.* 5
Syrupi Sacchari e sacchari
P. 500 parati q. s.,
ut partes mille (1000) expleantur.

Sit syrupus limpidus, coloris expers
aut paululum flavescens.

Syrupus Acidi sulfurici.

Syrupus vitriolatus.

Rp. Acidi sulfurici diluti *P.* 1
Syrupi Sacchari *P.* 9.
Misc.

Eodem modo paratur:

Syrupus Acidi phosphorici.**Syrupus Aconiti.**

Rp. Syrupi Sacchari 50,0
Extracti Aconiti 0,1.

Misce.

Ph. Gall. Alcoolaturnae Aconiti 10,0,
Syrup. Sacch. 90,0.

Aequali modo parentur:

Syrupus Belladonnae

- **Conii**
- **Digitalis**
- **Hyoscyami**
- **Ipecacuanhae**
- **Stramonii.**

Syrupus aetheratus.

Syrupus Aetheris.

Rp. Aetheris 2,0
Spiritus Vini 5,0
Aquae destill. 23,0
Syrupi Sacchari 70,0.
Misc. *Ph. Gall.*

Syrupus**cum Aethere acetico.**

Rp. Aetheris acetici *P.* 5
Syrupi Sacchari *P.* 95.
Misc. optime conquassando.

Syrupus cum Aethere

(sulfurico).

Rp. Aetheris *P.* 5
Syrupi Sacchari *P.* 95.
Misc. optime conquassando.

Syrupus alcalinus.

Rp. Natrii bicarbonici *P.* 4.
Solve digerendo in
Syrupi Sacchari *P.* 96.

Syrupus Allii*Ph. U. St.*

Rp. Bulborum Allii sativi *P. 15.*
 Contusis affunde

Acidi acetici diluti (6 0/0) *P. 25.*

Sepone per dies quatuor, tum exprime. Residuo denuo affunde

Acidi acetici diluti *P. 15*

et macera, tum exprime. Liquores exprimendo collectos filtra, Acidum aceticum dilutum addendo, ut liquoris filtrati pondus *P. 40* exaequet. Hunc liquorem suffunde

Sacchari albi contusi *P. 60* in vas vitreum immissis. Sepone, interdum agitando, donec solutio Sacchari effecta sit. Serva loco frigido, tenebricoso.

Syrupus Althaeae.

Rp. Radicis Althaeae *P. 2.*

Incisas et aqua frigida ablutas macera per horas tres in

Aquae frigidae *P. 50*

Spiritus Vini *P. 1.*

Cola sine expressione. In colaturae partibus 40 solve semel ebulliendo

Sacchari albi *P. 60.*

Syrupus adhuc calidus in lagenulas infundatur, quae statim plane repletae epistomis suberinis conicis obturentur et aqua ablutas loco secco frigidoque serventur. (*Ph. Germ.*)

Syrupus amarus.

Syrupus febrifugus.

Rp. Tincturae Chinoidini compositae *P. 15*

Syrupi Sacchari *P. 85.*

Misce.

Syrupus Ammoniaci (vinosus).

Rp. Gummi Ammoniaci pulverati *P. 1*

Sacchari albi *P. 10.*

Mixtis et in lagenam immissis affunde Vini Gallici *P. 6* et

Spiritus V. rectifss. *P. 1.*

Digere per diem unum et noctem et saepius agita. Syrupus refrigeratus et per aliquot dies sepositus decantheretur. Sit syrupus e subflave albidus.

Syrupus Ammonii carbonici.

Syrupus diaphoreticus Cazenavii.

Rp. Ammonii carbonici *P. 1.*

Contritam solve in

Syrupi Sennae vel Syrupi

Sarsaparillae comp. *P. 24.*

Syrupus Amygdalarum.

Syrupus amygdalinus. Syrupus emulsivus.

Rp. Amygdalarum dulc. *P. 80*

— amarar. *P. 20.*

Per noctem unam macerentur in aqua frigida et decorticentur. Tum in mortarium ingestae, additis

Gummi Arab. pulv. *P. 20* et

Aquae destill. *P. 50,*

in pulvem tenerrimam redigantur, quae commiscendo cum

Aquae destill. *P. 150*

Aquae Aurantii flor. *P. 30*

diluatur. Dein fortiter exprimendo per pannum laneum cola, et in

Colaturae *P. 225*

agitando atque digerendo calore 50° C. therm. solve

Sacchari albi pulv. *P. 400,*

ut fiat syrupus, quem refrigeratum in lagenis obturatis asserves.

Nota. Hic syrupus minus fermentat et l. a. asservatus non corrumpitur.

Ph. Germ. Amygdal. dulc. 15, Amygd. amar. 3. Degluptae cum Aq. 40 in emulsionem transducantur, quae cum Sacch. 60 praebat Syrupi 100.

Syrupus amylaceus.

Stärkesyrup.

Rp. Amyli recentis, adhuc humidus, e dolio sedimentario exemti

P. 300

(vel Amyli sicci *P. 200*)

Aquae *P. 700.*

In dolium ligneum, supra fundum epistomio munitum, immissis admisceantur

Acidi sulfurici Anglici

Aquae aa *P. 12,*

antea commixtae. Per mixturam vapores aquae continuo permittantur, donec illa temperaturam graduum 100 Celsiusi thermometri assecuta sit. Justa erit, si portiuncula exempta guttulis

nonnullis Tincturae Jodi additis non amplius coerulescat, sed e rubigineo vel e violaceo rubro colore tingatur. Haec reactio conversionem Amyli in Saccharum amylaceum indicat.

Liquori tum immitte paulatim et inter agitationem

Calcariae hydratae P. 8.

Dein immittere eodem modo perge

Cretae praep. P. 2—3

vel quantum requiritur, donec miscela bene agitata chartam exploratoriam caeruleam relinquat immutatam.

Liquor per aliquot horas sepositus, tum a sedimento defusus et per strages carbonum ossium colatus in lebete cupreo, non profundo, inter agitandum ad syrupi spissitudinem evaporetur et per aliquot dies ad sedimentationem rursus seponatur, postremo decanthur.

Syrupus Amyli jodati.

Rp. Amyli jodati solubilis 25,0

Aquae destill. 345,0

Sacchari 630,0.

Amylo jodato illa Aquae calidae quantitate soluto Saccharum ingeratur. Digerendo agitandoque fiat syrupus. Continet Jodi Gramma unum in millenis Grammatis vel Jodi 0,02 in 20 Grammatis.

Syrupus Anisi.

Rp. Fructus Anisi vulgaris P. 2.

Contusis affunde

Spiritus Vini diluti 3,0

Aquae fervidae P. 10. $\frac{1}{4}$ 40.

Stent in vase clauso per aliquot horas. In colaturae filtratae Partibus 10 solve digerendo

Sacchari albi P. 18,

tum cola.

Eodem modo parentur:

Syrupus Foeniculi

— Phellandrii.

Syrupus antasthmaticus.

Rp. Syrupi chloroformati

— Morphini aa 50,0.

Misce. In impetu asthmatico cochlear samatur.

Syrupus antipodagricus.

Siroop antigoutteux de Boubée.

Rp. Decocti Sarsaparillae concentrati P. 20

Tinct. Guajaci resinae P. 15

Resinae Jalapae P. 2

Spiritus Sinapis P. 10

Syrupi Sacchari spissioris

P. 200.

Mixtae digerantur, tum filtrentur.

Syrupus antirheumaticus

Ricordii.

Rp. Tincturae Resinae Guajaci

Tincturae Colchici aa 7,5

Syrupi Foeniculi comp. 85,0.

M. S. Detur cochlear ter pro die.

Syrupus antiscorbuticus.

Syrupus Cochleariae compositus.

Syrupus antiscorbuticus Portal.

Rp. Syrupi Sacchari 860,0

[1] Tincturae Gentianae

— Chinae aa 20,0

Spiritus Sinapis 25,0

— Cochleariae 75,0.

Misce.

Siroop antiscorbutique Ph. Gall. Sirop de Raifort composé Ph. Gall.

Rp. Radicis rec. Armoraciae

[2] Foliorum rec. Cochleariae

Fol. rec. Spilanthi oleraceae

aa P. 100.

Concisis et contusis adde

Herbae Trifolii sicc. P. 10

Cort. Aurantii amar. P. 20

Cort. Cinnamomi P. 5.

Tum superfusae

Vini albi P. 400

per dies duos macerentur, dein calore balnei aquae destillando partes 100 eliciantur, quae cum

Sacchari albi grosso modo

pulverati P. 180,

calore balnei aquae et vase clauso, in syrupum redigantur.

Massa e destillatione residua exprimitur, liquor expressus, coquendo cum albumine clarificatus commisceatur cum

Sacchari P. 320

et ebulliendo in syrupum redigatur. Hic syrupus cum illo antea facto commisceatur. Ph. Gall.

**Syrupus Armoraciae
compositus frigide
paratus.**

*Sirop de Raifort composé, préparé
à froid.*

Rp. Herbae Cochleariae florecent.
Foliorum Trifolii fibrini rec.
Herbae Sisymbrii Nasturtii
rec. aa P. 50
Radiceis Armoraciae rec. P. 60
Fructus Aurantii amar. rec.
P. 40.

Concisis et in mortario lapideo ad
pultem contundendo redactis admisce
Vini albi P. 50,

in quibus antea

Corticis Cass. cinnam. P. 3
digestae sunt. Sepone, vase clauso
per diem unum, tum preli ope exprime.

Liquorem per diem unum sepone et
filtra. Dein adjice

Sacchari contusi P. 250

vel q. s., ut calore gradus 60 therm.
Cels. non superante et saepius agi-
tando syrupus fiat, qui colatus bene
servetur.

Nota. Loco Foliorum Trifolii recentium
adhibere licet folior. siccat. P. 10 vel
Extracti Trifolii P. 2, et loco Fructuum
Aurantii recentium Corticum fruct. Aurantii
siccat. P. 8, quae seorsum in Vini albi
quantitate sufficiente digerendae sunt.
Quo facto colaturae commixtae ea quantitate
Vini compleantur, ut cum Sacchari P. 250
syrupum justae spissitudinis efficiant.

**Syrupus
Armoraciae jodatus**

Sirop de Raifort jodé de Grimault.

Rp. Jodi puri 1,0
Kalii jodati 0,5.

In mortario porcellaneo bene con-
trita sensim commisceantur cum Syru-
pi Armoraciae comp. frig. parati 1000,0.

Mixturam digere, interdum agitando,
per diem unum. Serva in lagenis re-
pletis, bene obturatis.

Ph. Gall. Jodi 1,0, Spir. Vini 15,0,
Syrupi Armoraciae compositi 985,0.
Mixta seponantur per horas viginti
quatuor, tum in lagena bene clausa
syrupus servetur. 20,0 syrapi conti-
nent 0,02 Jodi.

**Syrupus Artemisiae
(compositus).**

Sirop d'armoise composé.

Rp. Herbae et Florum recentium
Artemisiae vulgaris P. 10

Radiceis Helenii

— Levistici

— Pimpinellae

Herbae Rutae

Fructus Anisi

Cassiae cinnamom. aa P. 1.

Contusis et incisis affunde

Aquae destill. P. 30

Spiritus V. rectif. P. 15.

Macera per aliquot dies, tum ex-
primera cola. In filtratae colaturae
P. 40 solve digerendo

Sacchari P. 70.

Syrupus Asparagi amari.
(Sirop de Johnson.)

Rp. Succis Asparagi amari turio-
num rec. expressi P. 10

Spiritus V. rectif. P. 3.

Mixtas sepone per aliquot dies, agita
et filtra. In colaturae filtratae
Partibus 10

solve digerendo

Sacchari P. 17,

ut fiat syrupus, qui coletur.

Eodem modo parentur:

Syrupus Asparagi officinalis
e Succo turionum.

— **Brassicae** oleraceae ex
herba recenti.

— **Borraginis** officinalis ex
herba rec.

— **Cochleariae** officinalis ex
herba rec.

— **Nasturtii** officinalis ex
herba rec.

— **Persicae** vulgaris e flo-
ribus.

— **Scandicis** Cerefolii ex
herba rec.

**Syrupus Astragali
exscapi.**

Paretur e Radice Astragali ex-

scapi eodem modo quo Syrupus Senegae.

Syrupus Aurantii Corticis.

Sirap d'écorce d'oranges de Laroze.

Rp. Corticis Aurantii fructus sicci concisi P. 1

Vini albi P. 9.

Macera per biduum, interdum agitando, tum exprimendo cola, dein filtra. Liquoris filtrati P. 8 cum

Sacchari albi P. 12

ad syrupum redige. Sint partes 20 syrupi. *Ph. Germ.*

Syrupus Aurantii florum.

Rp. Aquae Flor. Aurant. P. 5

Sacchari albi P. 9:

Ebullitione unica fiat syrupus.

Aequali modo parentur:

Syrupus Anisi

— **Canellae**

— **Lauro-Cerasi**

— **Menthae pip.**

Syrupus

Balsami Peruviani.

Syrupus balsamicus.

Rp. Balsami Peruviani P. 1.

Digeratur vase clauso calore balnei vaporis cum

Aquae destill. P. 11

per aliquot horas. Post refrigerationem filtretur. E colaturae P. 10 et

Sacchari albi P. 18

fiat syrupus.

Syrupus

Balsami Tolutani.

Syrupus Tolutanus. Syrupus balsamicus
Ph. Russ. Sirap de Baume de Tolu.

Rp. Balsami Tolutani sicci P. 1

Aquae P. 6.

Digere calore balnei aquae vase clauso, per horas duas et saepius agita. Liquore decanthato, residuo denno

Aquae P. 5

affundantur et digeratur ut antea. Liqueores decanthati commixti refrigeratique filtrentur, dein P. 10 cum

Sacchari albissimi P. 18

calore balnei aquae redigantur ad syrupum.

Syrupus Belladonnae

Ph. Gall.

Rp. Tinct. Belladonnae 75,0

Syrupi Sacchari 925,0.

Misce.

Eodem modo parentur:

Syrupus Hyosecyami

— **Stramonii.**

Syrupus Belletii.

Rp. Hydrargyri bichlorati 0,1

Spiritus nitrico-aetherei 10,0

Syrupi Sacchari 290,0.

Misce et solve.

Syrupus Berberidum.

Syrupus Berberum.

Rp. Baccas Berberidis maturas.

Contusae stent loco tepido per tri-duum. Tum succum exprime et sepone loco tepido, cujus temperatura 30° C. ne superet, donec succus fermentatione peracta limpidior appareat et partes 3 succi filtrati commixtae cum Spiritus vini (90%) partibus quinque liquorem limpidum praebant. Succu postremum filtrati P. 10 coquendo cum Sacchari albi P. 18 in syrupum redigantur.

Eodem modo parentur:

Syrup. Cerasorum acidorum

cum nucleis contusorum

— **Citri Aurantii** succi

— **Citri Limoni** succi

— **Cydoniorum** e fructibus

Cydoniae

— **Granati** mali

— **Mali** communis

— **Mororum s. Diamoro-**

rum e Fruct. Mori nigrae

— **Myrtillorum** bacc.

— **Oxycocci** (Vaccinii) bacc.

— **Phytolaccae** decandrae

bacc.

— **Pomorum** acidulorum

— **Punicae Granati**

— **Ribesiorum alborum**

e Fruct. Ribis Grossulariae

— **Ribium (Ribesiorum)**

nigrorum e Fruct. Ri-

bis nigri

Syrupus Ribium (Ribesium) rubror. e Fruct. Ribis rubri. *Sirof de Groseille.*

- **Rubi Idaei** bacc.
- **Rubi fruticosi**
- **Sambuci** bacc.
- **Succi Citri** fructuum
- **Vaccinii Oxycoccos.**

Syrupus Calcariae
(Trousseauii).

Syrupus Calcis. Saccharum calcarium liquidum *Trousseau.*

Rp. Calcariae ustae P. 10.

Aspergantur aquae paulo, ut in pulverem fatiscant. Admixtis

Aquae P. 100 et

Syrupi Sacchari P. 1000,

coque per 8–10 minutas horae. Colaturae refrigeratae admisce

Syrupi Sacchari P. 4000.

Serva in lagenulis repletis, bene obturatis.

Ph. U. St. Calc. ust. 5, Sacch. 30, Aq. fervidae q. s., Liquor filtratus calore balnei aquae evaporando ad partes centum (100) reduceatur.

Syrupus Calcariae ferratus.

Kalkeisensyrup.

Rp. Calcariae phosphorico-lacticae 5,0

Ferri citrici soluti 15,0

Glycerinae 10,0

Syrupi Sacchari 70,0.

Digerendo fiat syrupus limpidus. S. Bis terve per diem cochlear dimidium.

Syrupus Calcariae hypophosphorosae.

Syrupus Calcii Hypophosphitis.

Syrup of Hypophosphite of Lime.

Rp. Calcii hypophosphorosi P. 10.

[¹] Solve agitando in

Aquae destill. P. 300.

Tum immisce

Sacchari albi contusi P. 640

Aquae Calcariae P. 60.

In cucurbitam mixturam immissam digere per horam dimidiam, dein adhuc calidam, si opus fuerit, per char-

tam bibulam laxam filtra et loco frigido in lagenis bene obturatis serva. Cave ne syrupus chartam exploratorium coeruleam reddat rubram.

Rp. Calcii hypophosphorosi 17,5
[²] Acidi citrici 0,75.

Solve in

Aquae destill. 250,0.

Liquori filtrato adde

Sacchari albi 360,0.

Digerendo fiat syrupus. (*Nat. Form.*) Praeceptum hoc non laudatur.

Syrupus Calcariae phosphorico-lacticae.

Syrupus Calcii Lacto-phosphatis.

Rp. Calcii lactici 30,0.

Solve in

Aquae destill. 600,0.

Liquori inter agitationem instilla

Acidi phosphorici (pd. spec. 1,120) 100,0.

Sepone per aliquot horas et saepius agita, dein, ut liquor perfecte limpidus efficiatur, guttatim adde

Acidi phosphorici q. s.

Tum filtra, filtrum postremum

Aquae destillatae

paululo eluendo, donec

Colaturae 700,0

sint collecta. Colatura ingestis

Sacchari albi 1300,0

fiat calore balnei aquae syrupus.

Dosis: ter quaterve cochlear (in rhachitide, scrophulosi infantum).

Ph. Gall. Paretur eo modo quo Syrupus Calcii chlorhydro-phosphorici, nisi quod loco Acidi hydrochlorici Acidum lacticum adhibeatur.

Syrupus Calcii chlorhydro-phosphorici.

Syrupus Chlorhydrophosphatis calciei

Ph. Gall.

Rp. Calcii phosphorici, Phosphatis bicalcici 13,5

Acidi hydrochlorici (34,4 0/0)

q. s.

Aquae destill. 340,0

Sacchari albi 630,0

Alcoolaturae Citri 10,0.

Sali calcico cum aqua mixto adde

Acidum hydrochloricum, ut solutio efficiatur (circiter 8,0), tum adde Saccharum et calore modico in syrupum transduc. Deinde admisce alcoolaturam. *Ph. Gall.*

Syrupus Calcii chlorido-phosphorici.

Syrupus Calcii Chlorhydrophosphatis.
Syrup of Chlorhydrophosphate of Lime.

Rp. Calcii phosphorici 10,0.

Commixtis cum

Aquae destill. 35,0

adde agitando

Acidi hydrochlorici q. s.,

donec solutio effecta fuerit.

Spiritus Citri 10,0

Syrupi Sacchari 450,0.

Dosis pro infant. 3,0—4,0, pro die 9,0—12,0.

Syrupus Calcii jodati.

Syrupus Calcii Jodidi.

Rp. Jodi sublimati 35,0

Fili ferrei tenuioris praefracti 15,0

Aquae destill. 100,0.

Leni calore solutio Jodi efficiatur. Liquorem filtra, filtrum aqua eluendo, ut liquor filtratus 150,0 g expleat, cui sensim adde inter agitationem

Calcii carbonici praecipitati 18,0 vel q. s.,

ut ferram plane separetur. Praecipitato ope filtri chartacei atque eluendo remoto, liquori 160,0 grammata expleanti adde

Sacchari albi 110,0

Syrupi Sacchari 230,0.

Digerendo, tum ebulliendo fiat syrupus. Pondus syrui grammata quingenta (500,0) compleat. Grammata dena (10) contineant 0,8 g Calcii jodati.

Syrupus Calcii phosphorico-lactici ferratus.

Syrupus Calcii Lactophosphatis cum Ferro.

Rp. Ferri lactici cryst. 1,0.

Solve in

Syrupi Calcii phosphorico-lactici 100,0.

Dosis pro inf. 2,5—3,0—4,0, pro die 5,0—9,0—12,0, pro adult. dosis dupla = 5,0—6,0—8,0, pro die 10,0—18,0—24,0.

Syrupus Capillorum Veneris.

Rp. Herbae Capillorum Veneris (Adianti) siccae P. 3.

Superfundantur

Aquae dest. ferventis P. 39.

In colatura solve calore blando

Sacchari P. 60,

ut fiat syrupus, cui admisce

Aquae Aurantii flor. P. 2.

Syrupus Carabae

s. succinatus.

Syrupus Opii succinatus. *Sirup de Karabé.*

Rp. Syrui opiat 23,0

Liquoris Ammonii succinici 2,0.

Misce.

Syrupus Carnis.

Rp. Extracti Carnis 40,0.

[1] Solve in

Spiritus Vini rectif. 60,0.

Tum admisce

Syrui Sacchari 900,0.

Cochlear parvum syrui continet 0,1 Gm. Extracti Carnis.

Sirup de musculine de Réveil.

Rp. Carnis muscularis vitulinae

[2] recentis, a pinguedine tendinibusque liberatae P. 1000.

Minutim concisis contusisque immisce

Aquae P. 5000

Acidi hydrochlorici

Salis culinaris

Kalii chlorati aa P. 5.

Macera per aliquot horas, dein exprimendo cola. Colaturae filtratae P. 5500, additis

Sacchari albissimi P. 10000, macerando calore 35 ad 40° C. agitandoque in syrupum redigantur.

Syrupus Chamomillae.

Rp. Florum Chamomillae P. 10.

[1] Affunde

Aquae fervidae P. 50

Aquae Chamomillae P. 45.

Digere per aliquot horas, tum exprimendo cola. Colaturae, per aliquot dies loco frigido sepositae, dein filtratae Partibus 75

adde

Spiritus Vini rectif. P. 15

Sacchari albi P. 150.

Digerendo et colando fiat syrupus, qui in lagenis obturatis servetur.

Aequali modo parentur:

Syrupus Hyssopi hb.

— **Menthae crispae**

— **Menthae piperitae**

— **Rosae** florum incarnatarum

— **Tormentillae** rad.

Rp. Extracti Chamomillae P. 3.

[²] Solve in

Aquae Chamomillae P. 75.

Solutioni filtratae adde

Spiritus Vini rectif. P. 15

Sacchari albi P. 150.

Digerendo et colando fiat syrupus,

Syrupus Chinae corticis.

Syrupus Cinchonae.

Rp. Tincturae Chinae fuscae 15,0

Syrupi Sacchari 85,0.

Misce.

Syrupus Chinae

aquosus Cadet-Gassicourtii.

Rp. Corticis Chinae fuscae 10,0

Sacchari 40,0.

Grosso modo pulveratis affunde

Aquae destill. 120,0.

Ebulliant in vase tecto per horam dimidiam. Tum exprimendo cola, filtra et liquorem limpidum evaporando ad syrupi spissitudinem (70,0 Gm. remanentia) redige.

Syrupus Chinae ferratus s. martiatus.

Sirof de Quinquina ferrugineux de Lefort.

Rp. Syrupi Chinae cum Vino Malacensi parati P. 100

Ferro-Ammonii citrici P. 1

Aquae destillatae P. 2.

Solvendo digerendoque fiat syrupus. (*Ph. Gall.*)

Syrupus Chinae rubrae martiatus.

Sirof de Quinquina rouge ferrugineux de Grimault.

Rp. Ferro-Ammonii citrici P. 1

Aquae destill. P. 22.

Agitando solutione peracta, in liquore leni calore solve

Sacchari albissimi P. 40

Tincturae Chinae rubrae P. 5.

Cola.

Nota. Tinctura Chinae e P. 1 Cort. Chinae rubri et Spiritus Vini rectificati P. 5 digerendo paratur.

Syrupus Chinae vinosus.

Syrupus Cinchonae vinosus.

Rp. Extr. Chinae Calisayae 10,0

Vini fortioris rubri 430,0

Sacchari albi 560,0.

Extractum in vino solum filtratur, tum adde saccharum, quod digerendo in vase clauso solvendum est. (*Ph. Gall.*)

Syrupus Chinini citrici.

Rp. Chinini puri 0,1

Acidi citrici crystallisati 0,2

Syrupi Sacchari 50,0.

Digere per duas horas et subinde agita.

Syrupus

Chinini sulfurici.

Rp. Chinini sulfurici 0,5

Syrupi Sacchari 100,0

Acidi sulfuric. dil. *Gutt.* 10.

Misce. (*Ph. Gall.*)

Syrupus

Chlorali (hydrati).

Rp. Chlorali hydrati 10,0

Aquae destill. 9,0

Spirit. Menth. pip. 1,0

Syrupi Sacchari 180,0.

Mixta per horam unam sepone et saepius agita, tum cola. Colaturae sint 200,0 Grammata. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Chlorali hydrati 5,5. Solve in Aq. destill. 5,5. Syrupi Sacchari 29,0. M.

Syrupus chloroformiatus

s. Chloroformii.

Rp. Chloroformii *Gutt.* 20
 Spiritus Vini rectfss. 5,0
 Syrupi Sacchari 95,0.
 Miscē bene conquassando.

Syrupus Cichorii

cum Rheo.

Rp. Herbae Cichorii
 Radicis Cichorii $\widehat{a}a$ 10,0
 — Rhei 40,0
 Kali carbonici 1,5
 Aquae fervidae 500,0.

Stent per duas horas. Colatura expressa filtretur. In colaturae 420 Gm. solve

Sacchari albi 750,0.

Syrupus Cinnamomi.

Rp. Corticis Cinnamomi Cassiae grosso modo pulv. *P.* 2
 Aquae Cinnamomi spirit. *P.* 12
 Aquae Rosae *P.* 2.

Digerantur, vase clauso, per biduum et filtrentur. In liquoris filtrati *P.* 11 solve digerendo

Sacchari *P.* 18.

Ph. Germanica vet.

Ph. Germ. nova. Cort. Cinnam. 1, Aq. Cinnam. 5. Liq. filtr. 4 cum Sacch. 6 praebeant syrupi 10.

Syrupus citratus ad potum.

Syrupus Acidi citrici *Ph. Belg.* Extractum Potus citrati. *Limonadensyrup.* *Limonadenextract.*

Rp. Sacchari albi *P.* 100

[¹] Aquae destill. *P.* 50.

Ebulliendo fiat syrupus, in quo solve

Acidi citrici crystall. *P.* 7.

Tum adde inter agitationem

Essentiae Citri corticis recent. *P.* 5

Aquae Naphae triplic. *P.* 10.

Rp. Flavedinem fructibus magnis [²] quinque (5) recentibus Citri desumptam.

Incisae affunde

Hager.

Spiritus Vini rectfss.

Aquae Naphae $\widehat{a}a$ 150,0

Syrupi Sacchari 300,0.

Post macerationem per tres dies adde

Acidi citrici 25,0

et denuo, interdum agitando, macera per aliquot dies, dein filtra. Liquorem limpidum commisce cum

Syrupi Sacchari 4500,0

e Saccharo Indico paratis.

Syrupus Citri*Ph. Austriacae.*

Rp. Succis Citri rec. dep. 100,0

Sacchari albi 160,0.

Ebullitione unica fiat syrupus.

Syrupus Citri (corticis).

Syrupus Limonis. *Syrup of Lemon.*

Rp. Flavedinis Citri rec. incisae

P. 2.

Macerentur per horam unam vase clauso in

Succis Citri fruct. *P.* 20

Aquae dest. fervid. q. s.

In colaturae *P.* 30 solve l. a.

Sacchari albi *P.* 50.

Post refrigerium addatur

Aquae Aurantii flor. *P.* 1.

Ph. U. St. Succ. Citri 40, Flaved. fruct. Citri rec. 2, Sacch. 60, Aq. q. s. Syrupi pondus = *P.* 100.

Syrupus Coccae.

Rp. Foliorum Coccae conc. *P.* 10

Aquae destill. *P.* 40

Spirit. Vini rectfss. *P.* 10.

Digere per horam unam, tum exprime et filtra. Colaturae *P.* 40 et

Sacchari albi *P.* 60

digerendo in syrupum redigantur. *P.* 10 syrupi continent extracti *P.* 1. Fol. Coccae.

Syrupus Coccionellae.

Rp. Coccionellae tritae *P.* 1

Spiritus Vini rectfss. *P.* 12

Syrupi Sacchari *P.* 60.

Digerendo colandoque fiat syrupus.

Syrupus**Cochleariae jodatus.**

Rp. Jodi puri *P.* 1.

Solve in
 Spiritus Vini rectifss. P. 15
 et misce cum
 Syrupi Cochleariae comp.
 P. 985.
Ph. Gall.

Syrupus Codeïni

s. Papaverini Magendii.

Rp. Codeïni P. 1.

Solve in
 Syrupi Sacchari P. 250.
Ph. Gall. Codeïni 0,2, Spirit. Vini
 5,0, Syrupi Sacch. 95,0.

Syrupus coeruleus.

Loco Syrupi Violarum *ad us. mercat.*

Rp. Syrupi Sacchari P. 3

[¹] — Flor. Aurantii P. 1.

Mixtis agitandò instilla

Tincturae caeruleae q. s.

ad justam functionem: Sit syrupus
 limpidus caeruleus.

Rp. Syrupi Sacchari P. 10

[²] — Flor. Aurantii P. 3

— Ipecacuanhae P. 1

Tincturae caeruleae q. s.

M.

Syrupus Coffeae.

Rp. Seminis Coffeae tost. P. 10.

Grosso modo pulveratis immissisque
 in vas depulsatorium affunde

Aquae destill. fervidae, quae
 in millenis (1000) partibus

P. 1. Natri bicarbonici so-
 lutam continet, q. s.,

ut colaturae P. 20 obtineas, quae se-
 ponantur. Dein

Syrupi Sacchari P. 80

in lebetem immissae evaporent, donec
 P. 60 remanserint, quibus illae P. 20,
 e seminibus Coffeae elicitaе, ad-
 misceantur.

Syrupus Coffeae

compositus (Severini).

*Sirup antirheumatismal et antigoutteux
 au café vert et aux feuilles de frêne élevé.*

Rp. Seminis Coffeae Moccaensis
 1250,0

Foliorum Fraxini excelsioris
 10,0

Aquae destill. q. s. (circiter
 5 litras)

Sacchari albi 850,0

Acidi carbolici 0,3.

Semina Coffeae pulverata in vas de-
 pulsorium, ad dimidium explendum,
 immittantur et aqua 60° C. calida
 superfundantur. Post horas duodecim
 liquor colligatur et denuo aqua calida
 affundatur, donec semina satis exhausta
 fuerint. Colaturae priores Saccharo in-
 fundantur, posteriores tenuioresque cum
 Foliis Fraxini ebulliant et evaporentur,
 ut colatura cum Saccharo et liquore
 ex seminibus Coffeae parato praebeat
 litram unam syrupi, cui cum charta
 bibula mixto et defaecato Acidum car-
 bolicum purum admisceatur.

Syrupus communis.

Syrupus melanaceus. Syrupus Hollan-
 dicus. Syrupus Indicus s. Theriacus.
 Theriaca *Ph. Brit. Treacle Ph. Brit.*
Melassensyrup.

Syrupus fuscus dulcis, saccharum
 crystallinum non includens.

Syrupus Copaivae.

Rp. Balsami Copaivae 25,0

Gummi Arabici pulv. 7.5

Aquae destill. 16,0.

In mortarium porcellaneum immissa
 agitandò misceantur, donec emulsio
 efficiatur. Tum paulatim admisce

Aquae destill. 35,0

Olei Menth. pip. *Gutt.* 10

Syrupi Sacchari 125,0.

Syrupus depurativus

amarus Devergii.

Syrupus haemorrhagicus. *Devergie's
 blutreinigender Syrup.*

Rp. Radicis Bardanae

— Lapathi acuti

— Saponariae aa P. 4

Ligni Guajaci P. 8

Stipitum Dulcamarae P. 6

Foliorum Sennae P. 1.

Concisae bis decoquantur aquae
 quantitate sufficiente. Colaturae filtra-

tae sint circiter P. 30, quas evaporando ad P. 24 remanentes coactas cum

Mellis depurati

Sacchari aa P. 20

ad syrupum redige.

Syrupus depurativus

Larreyi.

Sirup dépuratif de Larrey.

Rp. Radicis Sarsaparill. P. 200

Baccarum Sambuci nigrae
siccata, P. 100

Ligni Guajaci P. 50

Ligni Sassafras

Radicis Chinae aa P. 5

Foliorum Sennae

Herbae Boraginis aa P. 6.

Concisis contusisque affunde

Aquae communis P. 1500.

Coque per horam dimidiam et exprimendo cola. Liquori sedimentando depurato et evaporando ad P. 700 remanentes redactio addantur

Sacchari albi P. 1200,

dein ebullitione unica fiat syrupus.

Nota. Loco Baccarum Sambuci in colatura solvere potes Succum Sambuci inspissati P. 40.

Syrupus Dextrinae.

Syrupus Malti. Dextrina saccharata.
(*Maltsyrup.*)

Rp. Amyli Solani tub. P. 20

Malti Hordei moliti P. 3

Aquae P. 60.

Aquae calore balnei vaporis ad 30° C. calefactae adde Maltum, dein, calore ad 50° aucto, admisce paulatim et inter agitationem Amylum, paulo aquae tepidae permixtum. Digerere per horam unam calore 60—70° C. perge et saepius agita. Postremo per semihoram ad ebullitionem calefac, decantha, filtra et liquorem ad syrupi spissioris densitatem evapora.

Syrupus Diacodion.

Syrupus Papaveris albi s. Capitum Papaveris s. de Meconio. Syrupus Papaveris. *Sirup diacode.*

Rp. Capitum Papaveris nondum
[1] plane maturorum siccato-

rum et seminibus exentis
concisorum P. 15

Aquae fervidae P. 60.

Digere per diem unum, tum exprimendo cola. Colaturae evaporando ad remanentiam P. 15 redactae admisce

Spiritus V. rectfss. P. 12

Succi Liquiritiae dep.

Sacchari pulv. aa P. 2.

Miscelam bene agitatam seponere per aliquot dies, tum decantha et filtra. Colatura filtrata asservanda signetur:

Tinctura Diacodion.

Hujus Tincturae P. 1

commixta cum

Syrupus Sacchari P. 9

praebet ex tempore Syrupum Diacodion.

Rp. Capitum Papaveris concis., a
[2] seminibus liberatorum

Fructus Ceratoniae aa P. 3

Radicis Liquiritiae P. 2.

Superfusas

Aquae fervidae P. 50

digere per horas duas, tum exprime. Colaturae evaporando ad partes remanentes 15 redactae adde

Sacchari P. 25.

Fiat Syrupus. *Ph. Germanica vetus.*

Ph. Gall. Extract. Opii 0,5, Aquae dest. 4,5, Syrupi Sacch. 995,0. (Syrupus Opii debilior s. Syrupus Diacodion.)

Ph. Gall. Syrupus Papaveris albi, *Sirup de Pavot blanc.* Rp. Extracti Capit. Papaveris 10,0, Spirit. Vini 30,0, Aquae 340,0, Sacchari 630,0 = Syrupi 1000,0.

Ph. Neerl. Syrupi Althaeae et Syrupi Papaveris ana.

Ph. Germ. nova. Cap. Papav. 10, Spirit. Vini 7 conspers., macera in Aq. dest. 70 per horas 24. Colaturae exprimendo collectae et evaporando ad 35 redactae adde Sacch. 65. Fiat syrupus.

Syrupus Digitalini.

Rp. Digitalini 0,1.

Solve in

Syrupi Sacchari 1000,0.

Syrupus Digitalis.

Rp. Tinct. Digitalis 25,0

Syrupi Sacchari 975,0.

Misce. (200,0 syrupi continent soluble ex grammate uno foliorum Digitalis.) *Ph. Gall.*

Syrupus Digitalis Lobelonyei.

Sirup de digitale de Lobelonye.

Rp. Extracti Digitalis 0,1.

Solve in

Syrupi Sacchari 100,0.

Syrupus Diospyreos Virginianae.

Paretur e Baccis Diospyreos Virginianae (plantae Ebenaceae Americae septentrionalis) uti Syrupus Senegae.

Syrupus Emetini

s. Emetinae.

Rp. Emetini 0,1

Syrupus Sacchari 50,0.

Conterendo misce.

Syrupus emulsivus hydrocyanicus.

Rp. Syrupi emulsivi 120,0,
quibuscum misce

Amygdalinae 4,0.

Miscela continet 0,22 Gm. Acidi hydrocyanici anhydri.

Syrupus Ergotini.

Rp. Extracti Secalis cornuti P. 2.

Solve in

Syrupi Sacchari P. 100.

Syrupus Eriodictyi aromaticus.

Aromatic Syrup of Yerba Santa. Syrupus corrigens.

Rp. Extracti fluidi Eriodictyi (Californici) foliorum 20,0

Liquoris Kali caustici (pd. sp. 1,036; p. C. 3,5 KaO) 12,5

Tincturae Cardamomi comp. 30,0

Olei Sassafras

Olei Citri aa *Gutt.* 5

Olei Caryophyll. *Gutt.* 10

Spiritus Vini 20,0

Sacchari albi 400,0

Aquae destill. 240,0.

L. a. misce cum syrupo coquendo effecto. *Nat. Forn.*

Syrupus Erysimi compositus.

Syrupus Cantorum. Sirup de Velar, de Tortelle, de Lobet, des Chantres. Cantorensaft.

Rp. Herbae Erysimi officinalis (Si-
[¹] symbrii officinalis Scop.) recentis P. 200.

Concisae conspersaeque aquae paulo exprimantur. Colatura commisceatur cum infuso parato ex

Herbae Adianti aurei

Herbae Rorismarini

Florum Stoechadis

Radicis Helenii

Radicis Liquiritiae

Passularum majorum

Radicis Althaeae aa P. 5

Seminis Anisi P. 25.

Aquae fervidae P. 150.

Mixtura seponatur et decanthur. Ejus P. 260, admixtis

Sacchari albi P. 500,

digerendo fiant syrupus.

Rp. Spiritus Cochleariae

[²] Spiritus Sinapis aa P. 10

Syrupi Liquiritiae P. 300

— Florum Aurantii

— Althaeae aa P. 200

Liquoris Ammonii anisati P. 2.

Misce conquassando.

Syrupus febrifugus

Infantium.

Rp. Chinini sulfurici 0,8

Acidi citrici crystall. 1,0.

Solve in

Syrupi Liquiritiae 750,0

Tincturae Cinnamomi 50,0.

Syrupus Ferri.

Syrupus magistralis.

Rp. Ferri limati P. 32

Kalii tartarici

Corticis Aurantii aa P. 10

Radicis Rhei P. 4

Vini albi P. 250.

Digere per octo dies et filtra. In colaturae P. 225 solve digerendo Sacchari albi P. 350.

Syrupus**Ferri albuminati.**

Rp. Albuminis ovi gallinacei P. 150
Aqua destill. P. 250.

Mixtis adde

Natrii chlorati P. 3

Ferri sulfurici oxydati humidi
P. 2

antea solutas in

Aqua Naphae P. 50.

Mixtione conquassando peracta inter agitationem sensim instilla liquorem paratum e

Kali caustici P. 1 et

Aqua destillatae P. 100,

ea ratione, ut reactio mixturae sit vix acidula. Dein colatura, additis

Sacchari pulverati P. 850,

fiat, calore adhibito, syrupus.

Syrupus Ferri arsenicici.

Syrupus Ferri Arseniatis.

Rp. Natrii arsenici ($\text{Na}_2\text{HAsO}_4 \cdot 7\text{H}_2\text{O}$ s. $2\text{NaO}, \text{HO}, \text{AsO}_5 \cdot 14\text{HO}$) plane exsiccati 0,2

Ferri citrici 0,17.

Soluta in

Aqua destill. 10,0

miscce cum

Syrupi Sacchari 500,0.

Syrupus Ferri bromati.

Syrupus Ferri Bromidi.

Rp. Aqua destill. P. 150.

In cucurbitam vitream immissis affunde

Bromi P. 10.

Dein adjice

Ferri pulverati P. 5.

Interdum agitando seponere, donec liquor colorem subviridem induerit, tum filtra, filtrum Aqua destillatae P. 95 eluendo ut sint colaturae P. 255. Colatura, admistis

Sacchari albi P. 420,

fiat leniter ebulliendo syrupus.

Partes centenaes syrui continent P. 2 Ferri bromati. *Dosis maxima* 25,0 vel 30,0.

Ph. U. St. Ferri 30, Bromi 75, Sacch. 600, Aq. q. s., ut syrui pondus 1000 expleat. Centenaes part. cont. partes 10 Ferri bromati ($\text{FeBr.} = 107,75$). *Dosis maxima*: 5,0 ad 6,0.

Syrupus Ferri carbonici.

Syrupus Carbonatis ferrosi. Syrupus ferratus.

Rp. Natrii bicarbonici 6,0

Ferri sulfurici cryst. 9,0

Syrupi Sacchari 385,0.

Syrupo sales grosse pulverati, calore non adhibito, admisceantur. Lagenam obturatam saepius agita.

Nota. Centenaes (100) partes syrui agitati continent 1 partem Ferri oxydulati carbonici.

Syrupus Ferri, Chinini et Strychnini Phosphatum.

Syrupus Ferri, Quininae et Strychninae Phosphatum. *Syrup of the Phosphates of Iron, Quinine and Strychnine*
Ph. U. St. Eaton's Syrup.

Rp. Ferri phosphorici oxydati solubilis 13,3

Chinini (hydrati) 13,3

Strychnini 0,4

Acidi phosphorici (50 % H_3

PO_4 ; pd. sp. 1,345) 80,0

Sacchari albi 600,0

Aqua destill. q. s.,

ut pondus syrui grammata mille (1000,0) exaequet. Ferrum phosphoricum cum Aqua dest. 250,0 in cucurbitam vitreamingere, tum agita, ut solutio efficiatur. Tum adde Acidum phosphoricum (50%). Mixtione peracta, contere Chininum cum Strychnino, addito paulo liquoris et miscce cum liquore in cucurbita, dein adde Aqua destillatae q. s., ut pondus liquoris 400,0 exaequet. Huic liquori adde Saccharum contusum, et calore balnei aquae calefac, ut solutio efficiatur. Deinde admisce, si opus est, Aqua destillatae q. s., ut pondus syrui grammata mille (1000,0) accurate expleat. Loco frigido et a luce remoto in lagenis dense obturatis servetur. *Dosis*: Cochlear thearium bis terve per diem. *Ph. U. St.*

Syrupus Ferri chlorati.Syrupus Ferri Protochloridi. *Syrup of Ferrous Chloride.*

Rp. Ferri chlorati sicci 5,0.

Solve in

Aquae destill. 20,0

Acidi hydrochlorici *Gutt.* 10.

Liquor filtratus, admixtis

Syrupi Sacchari 100,0,

in lebetem porcellaneum immittatur et ebulliendo evaporetur, donec 100,0 Gm. supersint. Sit syrupus limpidus subviridis aut parum flavescens, qui in lagenis repletis clausisque loco aprico servetur.

Syrupus Ferri citrici.

Rp. Ferri citrici pulverati 1,0

Syrupi Sacchari 50,0.

Solve digerendo.

Aequali modo paretur:

Syrupus Ferri lactici.**Syrupus Ferri hypophosphorosi.**

Syrupus Ferri Hypophosphitis.

Rp. Calcii hypophosphorosi 9,0

[¹] Ferri sulfurici cryst. 14,0

Aquae destill. 100,0.

Mixta stent per horam unam, tum filtrentur, filtrum Aquae destillatae Grammatas 20,0 eluendo. Colaturae sint 110,0, quae cum

Sacchari 190,0

in syrupum redigantur.

Rp. Ferri hypophosphorosi

[²] $(\text{Fe}_2[\text{H}_2\text{PO}_2]_6)$ 4,0

Kalii citrici 5,0.

Solve in

Aquae Aurantii flor. 15,0.

Tum admisce

Syrupi Sacchari 56,0.

Conf. Syrup. Hypophosphitum cum Ferro *Ph. U. St.***Syrupus Ferri jodati.**Syrupus Jodeti ferrosi. Syrupus Ferri Jodidi *Ph. Brit., Ph. U. St.*

Rp. Jodi puri 8,2.

In lagenam satis capacem immissis affunde

Aquae destill. 60,0.

Tum adde

Ferri pulverati 4,0.

Leni et continuata agitatione fiat solutio coloris dilute viridis. Liquor ope filtri minoris separetur, et eluatur filtrum affundendo

Aquae destillatae 10,0.

In fluidis commixtis, in patinam ferream ingestis, leniter ebulliendo solvantur

Sacchari 130,0,

ut fiat syrupus, cui admisceas, si opus est,

Syrupi Sacchari

quantitatem sufficientem, ut pondus totius syrupi exaequet

Grammata 200,0.

Syrupus refrigeratus in lagenulis minoribus optime obturatis et plane repletis, in quas frusta filii ferrei immissa sunt, loco aprico servetur. Hic syrupus eum *Ph. Germanicae* aequat.

Ad conservationem syrupi loco frustorum filii ferrei etiam Acidi citrici 1,0 ad 1000,0 syrupi sufficit.

Nota. Partes centenae (100) continent quinas (5) partes Ferri jodati. *Dosis maxima:* 10,0.

Syrupus recens paratus coloris expers invenitur, sed aëri atmosphaerico contiguus post aliquod tempus fuscescit, et tum conquassatus colore Vini albi tingitur. Hac forma eum dispensare licet. Aqua destillata dilutus solutionem perfecte limpidam, vix coloratam praebeat; rejiciatur autem, si solutio aquosa turbida vel magis colorata appareat.

Ph. Gall. Partes centenae syrupi continent partem dimidiam vel 10,0 continent 0,05 ferri jodati. *Dosis:* 3,0—6,0—10,0. *Dosis maxima:* 20,0.

Ph. Brit. Ferri 8,0, Jodi 16,0, Sacch. 225,0, Aquae 105,0. Pond. syrupi 300,0 expleat. Centena grammata contineant 6,6 FeJ₂. *Dosis:* 2,0—4,0. Pd. sp. 1,385.

Syrupus Ferri jodati concentratus.Syrupus Ferri Jodidi *Ph. U. St.*

Rp. Jodi puri 8,2.

In eucurbitam vitream immissis affunde

Aquae destill. 40,0.

Tum adice

Ferri pulverati 4,0.

Seponendo agitandoque fiat solutio coloris viriduli. Liquorem per filtrum parvum perfunde, filtrum

Aquae destill. 5,0
guttatim affundendo eluendo. Dein colaturae adjiciantur

Sacchari albi in frustulis parvis 58,0

et agitando solutio efficiatur, quae in vase porcellaneo, in quod nonnulla frustula fili ferrei injecta sunt, evaporetur, donec 100,0 Grammata supersint. Servetur syrupus loco aprico in lagenis parvis repletis, in quas frusta fili ferrei immissa sunt.

Syrupi partes centenae (100) continent partes denas (10) Ferri jodati. *Dosis maxima* 5,0.

Syrupus Ferri lacto-phosphorici.

Syrupus Ferri Lactophosphatis.

Rp. Ferri lactici 10,0

Aquae destill. 20,0

Acidi phosphorici 15,0

vel q. s., ut leni calore solutio efficiatur. Tum admisce

Syrupi Sacchari 555,0

vel q. s., ut pondus mixturae grammata sexcenta (600,0) adaequet.

Syrupus Ferri et Mangani jodati.

Rp. Jodi sublimati 4,0

Fili ferrei tenuioris praefracti 1,6

Aquae destill. 20,0.

In ampullam vitream ingesta sepone loco tepido per horam unam, tum

Mangani sulfurici 1,3

Kalii jodati 1,6

solve in

Aquae destill. 20,0.

Solutio Ferri jodati primum per filtrum parvum eo modo funde, ut liquor defluens in

Sacchari albi 60,0

prolabatur. Deinde per eundem filtrum funde solutionem alteram, denique filtrum affundendo

Aquae destill. 10,0

eluendo. Quo facto Saccharum cum liquore filtrato in lebetem porcellaneum

manubriatum injectum ebulliendo in syrupum convertet. Pondus syrupi grammata centum (100,0) adaequet.

Syrupus Ferri oxydati.

Syrupus Ferri saccharati. *Eisensyrup.*
Eisenzuckersyrup.

Massa, quae in paratione Ferri oxydati saccharati solubilis miscendo praecipitatum adhuc humidum cum saccharo exhibetur, in balneo vaporis, aquam evaporatione deminutam restituendo, per horas duas digeratur, tum post refrigerationem

Syrupi Sacchari ea quantitas admisceatur, ut partes trecentae (300) expleantur.

Sit limpidus, coloris saturate badii, saporis dulcis, paulum ferruginei. Cum aquae partibus quinque mixtus sedimentum ne demittat. Centum (100) partes contineant ferri metallici partem unam (1).

Ph. Germanica nova praecipit mixtionem e Ferri saccharati, Aquae et Syrupi Sacchari ana (1% Fe continens).

Syrupus Ferri oxydati solubilis Hageri.

Rp. Ferri sesquichlorati soluti (pd. sp. 1,280—1,282) P. 20

Aquae destill. frigidae P. 150.

Mixtis inter agitationem instilla

Ammonii caustici soluti (10%)

P. 20

antea dilutas

Aquae destill. frigidae P. 200,

vel eam quantitatem Ammonii, ut valde praevaleat.

Praecipitatum exortum, filtro immisum, primo Aqua destill. frigida, deinde Liquore Ammonii caustici aquae decupla copia diluto eluatur. Tum praecipitatum in lebetem porcellaneum immisum conteratur cum

Sacchari puri pulverati P. 115

Ammonii caustici soluti P. 2.

Mixturam loco calido per unam horam, interdum agitando, sepone, dein inter agitationem calefac, ut leniter ebulliat, donec Ammonium liberum, odore cognoscendum, avolaverit et gutta exempta, aquae copia majore diluta, praebat liquorem fuscum limpidum. Postremum admisce

Aquae Rosae

eam quantitatem, ut expleantur

Partes 200 vel 205.

Sit syrupus dulcis, coloris saturate fuscus, aquae copia majore dilutus liquorem limpidum praebens. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Syrupus in centenis partibus contineat partem unam Ferri.

Syrupus Ferri phosphorici.*Sirup of Phosphate of iron.*

Rp. Ferri sulfurici puri crystall.
P. 11.

Solutis in

Aquae destill. P. 100

instilla liquorem filtratum, solvendo paratum e

Natri phosphorici offic. P. 20

Natri acetici P. 5 et

Aquae destill. P. 100

et agita. Praecipitatum inde exortum collige. Aqua destillata perfecte elue et inter strages chartae bibulae pre-mendo ab humore magna ex parte libera. Dein praecipitatum in vas porcellaneum ingesto affunde

Acidi phosphorici diluti (pond.
spec. 1,08) P. 133

(vel mixturam ex Acidi phosphorici pd. spec. 1,130 P. 84 et Aquae P. 49, vel Acidi phosphorici pd. spec. 1,120 P. 94 et Aquae P. 39).

Solutione inter agitandum peracta, liquori filtrato immitte

Sacchari albi P. 200.

Tum ebulliendo fiat syrupus.

Ph. Brit. Syrupi praecepti supra notati partes decem misce cum Syrupi Sacchari parte una. *Dosis:* 4,0.

Syrupus Ferri pyrophosphorici.

Syrupus Pyrophosphatis ferri.

Rp. Syrupi Sacchari P. 200

Ferri pyrophosphorici cum
Ammonio citrico P. 2.

Digere, ut fiat syrupus limpidus.
(*Ph. Gall.*)

Syrupus**Ferri sesquichlorati.**

Syrupus Ferri perchlorati, Syrupus Chlorureti ferri.

Rp. Ferri sesquichlorati cryst. 1,6.

[¹] Solve in

Syrupi Sacchari 200,0.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati

[²] (pd. spec. 1,280) 1,4

Syrupi Sacchari 98,6.

Misce. (*Ph. Gall.*)

Hic syrupus semper recens paretur.

Syrupus Ferri sulfurati.

Rp. Ferrum sulfuratum pultiforme, aqua elotum,

praecipitatum in mixtura parata e

Ferri sulfurici cryst. 65,0

Liq. Ammonii caustici 100,0

Aquae communis 2000,0,

inducendo

Acidum hydrosulfuricum gasi-forme,

donec hoc gas superabundet. Praecipitatum inde exortum in linteo collige, aquae frigidae grammatis 1500,0, in quibus

Natri bicarbonici 15,0

soluta sunt, elue, tum adde

Sacchari pulverati 250,0.

agita et digere, ut Sacchari solutio efficiatur. Postremum adde

Aquae destillatae

eam quantitatem, ut 400,0 Grammata expleantur. Centenae (100) partes continent partes quinque Ferri sulfurati sicci.

Usus: In intoxicationibus e plumbo exortis bihorio cochlear. Syrupus ante usum semper bene agitetur.

Syrupus**Ferro-Ammonii citrici.**

Syrupus Ferri citrici ammoniati, Syrupus Citratis ferrico-ammoniacalis.

Rp. Ferri citrici 20,0

Aquae destill. 20,0

Liquoris Ammonii caust. 10,0.

Mixta evaporentur, donec odor ammoniacalis evanuerit, et commisceantur cum

Syrupi Sacchari 960,0.

Ph. Gall. Ferri citrici ammoniacati et Aquae ana 25,0, Syrupi Sacchari 950,0.

Syrupus Ferro-Kali tartarici.

Syrupus Tartari martiati. *Sirup de Tartrate ferrico-potassique.*

Rp. Ferro-Kali tartarici 2,0

Syrupi Sacchari 100,0.

Mixta digerantur ad solutionem efficiendam (*Ph. Gall.*)

Dosis: Cochlear ter per diem.

Syrupus Ferro-Natri pyrophosphorici

Lerasii.

Sirup de Léras.

Rp. Syrupi Sacchari

Syrupi Aurantii florum \widehat{aa} 100,0

Natri bicarbonici 1,0

Ferro-Natri pyrophosphorici 2,0.

Solve et misce digerendo.

Syrupus

Foeniculi compositus.

Syrupus quinque radicum. Syrupus diureticus.

Rp. Radicis Apii graveol. rec.

— Asparagi offic.

— Petroselini

— Rusci aculeati

— Foeniculi \widehat{aa} P. 1.

Concisus affunde

Aceti Vini P. 15

Aquae Foeniculi P. 30.

Digere per diem unum et exprime. In colaturae decanthatae P. 36 solve digerendo

Sacchari albi P. 65.

Syrupus Fragariae vescae.

Erdbeersaft.

Rp. Sacchari albi 1000,0

Aquae destill. 600,0

Acidi citrici 5,0.

In cortinam cupream injecta calefac inter agitationem. Solutione perfecta, coque spumam auferendo. Quo facto evapora, donec pondus syrupi ad grm. 1250,0 redactum fuerit. Tum liquori in lebetem porcellaneum ingesto adde

Fructuum Fragariae vescae integrorum et a calycibus liberatorum 500,0,

et agita, fructus non contundendo, per minuta decem. Deinde sepone in balneum aquae per horas tres. Massam tum pulposam in infundibulum penicillo lanae gossypinae munitumingere, ut syrupus spontaliter defluat. Infundibulum sit operculo tectum. Post dies duos defluxus finitus fuerit.

Syrupus Fuci vesiculosi.

Rp. Fuci vesiculosi P. 30.

Grosso modo pulveratis affunde

Spiritus V. rectificati P. 40

Aquae communis P. 80.

Digere per tres dies et exprime. Residuo affunde

Spiritus V. rectificati P. 20

Aquae communis P. 40.

Denuo digere per diem unum et exprime. Liqueuribus commixtis, calore balnei vaporis ad partes 40 vel 45 remanentes redactis et refrigeratis admisce

Spiritus V. rectfss. P. 5.

Sepone per diem unum et filtra. In liquore digerendo solve

Sacchari albi P. 80,

ut fiat syrupus.

Grammata sex syrupi respondent Decigrammati uni Extracti Fuci vesiculosi.

Syrupus Fumariae.

Rp. Extracti Fumariae 1,0.

Solve in

Syrupi Sacchari 50,0.

Aequali modo parentur:

Syrupus Cardui benedicti

— Dulcamarae

— Gentianae

— Juglandis fol.

Syrupus Guaranae.

Syrupus Paulliniae.

Rp. Extracti Guaranae 5,0

Spiritus V. rectfss. 50,0.

Digere. Liqueorem commisce cum

Syrupi Sacchari 450,0.

Syrupus Gummi Arabici.

Syrupus gummosus. Syrupus Acaciae.

Rp. Mucilag. Gummi Arabici P. 1

Syrupi Sacchari P. 3.

Misc. *Ph. Germ. vet., Ph. U. St.***Syrupus Hemidesmi.**

Rp. Radicis Hemidesmi Indici P. 5.

Affunde

Aquae fervidae P. 25.

Digere per horas quatuor. In colatura solve

Sacchari albi P. 35,

ut fiat syrupus aequans P. 55. (*Ph. Brit.*)**Syrupus Hydrargyri.**

Syrupus mercurialis.

Rp. Hydrargyri 5,0

Gummi Arabici pulv.

Sacchari pulv. aa 15,0.

In mortarium porcellaneum immissa conterantur, sensim addendo

Aquae Rosae 10,0

usque dum globuli metallici omnino non dignoscantur. Deinde admisceantur

Syrupi Sacchari 160,0.

Ex tempore hic syrupus paretur.

Syrupus**Hydrargyri bijodati.**Syrupus Deutojodureti Hydrargyri
Giberti.

Rp. Hydrargyri bijodati rubri 0,1

Kalii jodati

Aquae destill. aa 5,0

Syrupi Sacchari 240,0.

Misc. et solve l. a.

Syrupus hydrocyanatus.

Rp. Acidi hydrocyanici P. 1

Syrupi Sacchari P. 100.

Misc.

Nota. Partes 100 Acidi hydrocyanici contineant Partes 2 Acidi hydrocyanici anhydri.**Syrupus****Hypophosphitum.**

Syrupus hypophosphitatus.

Rp. Calcii hypophosphorosi P. 35

Natrii hypophosphorosi

Kalii hypophosphorosi ana
P. 12.

Contritas immitte in

Aquae destill. P. 350

et agitando seponendoque loco tepido solutionem effice. Si solutio non satis eveniat, adde

Acidi citrici P. 1,

agitationem persequendo. Solutione effecta liquori admisce

Spiritus Citri P. 2,

tum post fortem agitationem filtra. Liquori filtrato immitte

Sacchari albi P. 500

et calore modico solutionem perage. Syrupo

Aquae destill. q. s.

admisce, ut pondus syrupi grammata mille (1000,0) expleat. *Ph. U. St.**Nota.* Sacchari P. 600 et Glycerinae P. 25 loco Sacchari P. 500 praeferantur.**Syrupus Hypophosphitum cum Ferro.**

Rp. Ferri lactici 1,0.

Terendo misce cum

Syrupi Hypophosphitum 99,0.

*Ph. U. St.***Syrupus Hyssopi.**

Paretur eodem modo ex Herba Hyssopi et Aqua Hyssopi quo Syrupus Chamomillae.

Syrupus Jaborandi.

Rp. Fol. Jaborandi 10,0

Vini albi 55,0.

Macera per diem unum, tum digere per horam dimidiam. Post refrigerationem exprimendo cola et filtra. In liquore filtrato loco tepido, saepius agitando, solve

Sacchari albi 60,0.

Syrupus sit ponderis 100,0. Diaphoreticum, sialagogum. *Dosis:* duo vel tria cochlearia.**Syrupus Jaekwitzii.**

Syrupus Sennae compositus.

Rp. Foliorum Sennae 50,0

Fructus Anisi (stellati)

Fructus Foeniculi

Natri carbonici cryst. aa 6,5.

Contuſis et concuſis affunde

Aquae fervidae 275,0.

Digere per horas duas, tum expri-
mendo cola. In colaturae ſedimentan-
do et decanthando depuratae Grammatis
200,0 ſolve

Sacchari albi 300,0.

Fiat ſemel ebulliendo et colando
ſyrupus.

Syrupus Jodi.

Rp. Tincturae Jodi P. 1
Syrupi Sacchari P. 19.
Miſce.

Syrupus jodo-tannicuſ (Guillermondii).

Rp. Jodi 1,0.

Solve in

Spirituſ V. rectiſſ. 30,0.

Liquori in lagenam immiſſo admiſce
Extracti Ratanhae 4,0

ſoluta in

Aquae deſtill. 40,0.

Tum ſepone per aliquot horas, ſae-
piuſ agitando, et filtra, reſiduum in
filtro aquae paulo eluendo. Liquoreſ
filtrati, in patinam porcellaneam im-
miſſi calore balnei vaporis evaporando
ad ſyrupi ſpiſſitudinem tenuiſ redi-
gantur et cum

Syrupi Sacchari 500,0

commiſceantur.

Syrupus joduratuſ.

Syrop joduré de Bochet.

Rp. Bulbi Scillae
Radiciſ Sarsaparillae
Ligni Sassafras
— Guajaci
Foliorum Sennae aa 10,0.

Concuſis affunde

Aquae 300,0.

Coque per horam unam, tum expri-
mendo cola. Colatura ſedimentando
depurata evaporetur ad remanentiam
Grammatum 30, in quibuſ leni calore
ſolve

Melliſ deſpumati

Sacchari aa 50,0

Kalii jodati 1,3.

Fiat ſyrupus, quem commixtum cum
Spirituſ V. rectiſſ. 5,0

in lageniſ bene obturatiſ loco obſcuro
ſerva.

Nota. Syrupi hujus 100 Partes
continent circiter Partem unam Kali
jodati.

Syrupus Ipecacuanhae.

Rp. Radiciſ Ipecacuanhae 3,0.

[¹] Contuſis affunde

Aquae calidae 120,0

Spirituſ V. rectiſ. 15,0.

Macera per dieſ duos, tum filtra.

In liquoris filtrati Grammatis 120
ſolve digerendo

Sacchari albi 180,0,

ut ſyrupus fiat. (*Ph. Germ., Gall.*)

P. 100 ſyrupi continent ſolubile e

P. 1 Radiciſ Ipecacuanhae.

Rp. Tincturae Ipecacuanhae 9,0

[²] (paratae e P. 1 Rad. et P. 10
Sp. V. rectiſ.)

Syrupi Sacchari 91,0.

Miſce.

Syrupus Ipecacuanhae compoſituſ.

Syrupus pectoraliſ Deſſartii. *Syrop
pectoral inciſif de Deharambure.*

Rp. Syrupi Ipecacuanhae 10,0

— Rhoeados 20,0

— Sennae 40,0

— Aurantii florum 5,0

Magnesiaſ sulfuricae 1,0.

Miſce et ſolve.

Syrupus Ipecacuanhae opiatuſ.

Syrop of Dover's Powder.

Rp. Extracti fluidi Ipecacuanhae

[¹] 2,0

Tincturae Opii deſodoratae
20,0

Sacchari albi 200,0

Aquae Cinnamomi 130,0.

Saccharo cum Aqua Cinnamomi
ebulliendo in ſyrupum tranſlato ad-
miſce Extractum ſolutum in Tinctura.

Rp. Radiciſ Ipecacuanhae pulv.

[²] Opii pulverati aa 2,0

Aquae deſtillatae

Glycerinae aa 10,0

Spirituſ Vini 30,0.

Mixta seponere, vase clauso, per dies duos, tum digere calore modico per horam unam. Post refrigerationem filtra, id quod filtrum continet, aqua affusa eluendo, ut liquor filtratus grammata octoginta quinque (85) expleat. Hunc liquorem cum

Sacchari albi 120,0

ebulliendo in syrupum transfer. Syrupi pondus grammata ducenta (200,0) adaequet.

Syrupus Juglandis foliorum.

Rp. Fol. Juglandis reg. rec. P. 100.

[¹] Contusae mixtaeque cum

Aquae P. 25

exprimantur. Succus expressus, evaporando ad P. 25 redactus commisceatur cum

Spiritus V. rectif. P. 5

et per nycthemerum seponatur. Tum liquoris filtrati P. 28 adde

Sacchari albi P. 52.

Digerendo fiat syrupus.

Rp. Extracti Fol. Jugl. reg. P. 10.

[²] Solve in

Syrupi Sacchari P. 500.

Syrupus Kalii bromati.

Syrupus Bromidi s. Bromureti potassici.
Sirup de Henri Mure.

Rp. Syrupi Sacchari 100,0

Kalii bromati 10,0.

Misce solvendo. Contra pertussim, tussim convulsivam (*Keuchhusten*). *Dos.*: Cochlear thearium pluries per diem.

Ph. Gall. Kalii bromati et Aq. ana 5,0, Syrupi Sacch. 90,0.

Syrupus Kalii jodati

(Ricord).

Rp. Kalii jodati 1,0

Syrupi Aurantii cort. 100,0.

Solve. *Dos.* 15,0—30,0 semel bisve p. d.

Ph. Gall. Kalii jodati 2,5, Aquae 2,5, Syrup. cort. Aurant. 95,0. — 10,0 continent 0,25 Kalii jodati. *Dos.*: 15,0—20,0 aq. dilut. bis terve per diem.

Syrupus Kalii sulfurati.

Rp. Kalii sulfurati 2,5.

Solve in

Syrupi Sacchari 250,0.

Syrupus kermesianus

s. kermesinus.

Syrupus cordialis.

Rp. Coccionellarum 10,0

Kali carbonici 0,5.

Contritris affunde

Aquae Rosae 120,0

Aquae Cinnamomi

Aquae Citri aa 80,0.

Digere per aliquot horas. In colatura filtrata solve digerendo.

Sacchari 525,0

Aluminis 0,2.

Fiat l. a. syrupus.

Syrupus

Lactis amygdalatus.

Rp. Syrupi Amygdalar. 30,0

[¹] Lactis vaccini 25,0

Sacchari 45,0.

Misce et solve.

Rp. Amygdalarum dulcium 7,5

[²] Amygdalarum amar. 2,0

Lactis vaccini q. s.

Fiat emulsio. In colaturae 40,0 solve digerendo

Sacchari 60,0.

Syrupus Lactucae.

Rp. Extracti Lactucae 1,0.

Solve in

Syrupi Sacchari 100,0.

Syrupus Lactucarii.

Rp. Lactucarii 1,0.

Terendo misceatur cum

Spiritus Vini rectifss. 10,0

Aquae destill. 75,0.

Leniter ebulliant, tum cola. In

Colaturae 75,0

solve ebullitione unica

Sacchari 125,0.

Ph. U. St. Extr. fluidi Lactucarii 5, Syrupi Sacch. 95.

Syrupus Lactucarii

(Aubergieri).

Rp. Extracti Lactucarii

Acidi citrici aa 3,0

Sacchari albi 10,0.

Contritis affunde

Aquae fervidae 2200,0

Aquae Florum Aurantii 80,0.

Digere per horas duas et saepius agita. Liquor post refrigerationem filtratus, additis

Sacchari albi 4000,0 et

Albuminis ovi in spumam redacti 50,0,

leni ebullitione in syrupum redigatur et liquor colatus ad grammata remanentia 6000,0 evaporetur.

Syrupus Lactucarii opiatuſ
(Aubergieri).

Paretur eodem modo quo Syrupus Lactucarii Aubergieri, nisi quod Extracto Lactucarii addantur

Extracti Opii 1,5.

Ph. Gall. 20,0 contineant 0,01 Extr. Lactucarii et 0,005 Extr. Opii.

Syrupus Lichenis Islandici.

Rp. Saccharolati Lichenis Islandici 20,0.

Solve leni calore in

Aquae fervidae 10,0

et admisce

Syrupi simplicis 70,0.

Syrupus Limacum.

Syrupus Helicum.

Rp. Saccharolati Limacum *P.* 2.

Solve coquendo in

Aquae destill. *P.* 1.

Paretur quoties usus poſcit.

Syrupus Limonis.

Syrupus Flavedinis Citri.

Rp. Corticis Citri recent. *P.* 2

Succi Citri recent. *P.* 20

Sacchari albi *P.* 35.

In lebetem immissae per horam calore balnei vaporis digerantur, tum colentur. Colaturae sint *P.* 55.

Syrupus Liquiritiae.

Mel Liquiritiae. Syrupus Glycyrrhizae.

Rp. Radicis Liquiritiae 50,0.

Concisa macera per unam noctem in Aquae destill. 250,0.

Liquor expressus et colatus semel ebulliat, tum evaporetur, ita ut post refrigerationem et filtrationem supersint 90,0 Grammata, in quibus solve digerendo

Sacchari albi

Mellis depurati \widehat{a} 150,0.

Soluta una ebullitione fiant syrupus.

Ph. Germ. (1890). Rp. Rad. Liqir. conc. 20,0, Liq. Ammonii caust. 5,0, Aq. dest. 100,0. Per horas 12 macera, tum exprime. Colatura usque ad ebullitionem unicam calefacta, dein in balneo vaporis ad 10,0 evaporando redacta commisceatur cum Spiritu vini (90%) 10,0 et per horas 12 seponatur, tum filtretur. Liquori filtrato adde Syrupi Sacchari eam quantitatem, ut 100,0 expleantur.

Syrupus Malti.

Syrupus Polentae. *Malzsyrap.*

Rp. Extracti Maltis. Polentae 200,0

Glycerinae 100,0

Syrupi Sacchari 600,0

Aquae destill. 150,0

Albuminis ovorum duorum.

Mixturam calefac, ut ebulliat per aliquot momenta, tum colando spumam inde exortam statim separa.

Syrupus Mangani jodati.

Rp. Mangani carbonici *P.* 3.

In cucurbitam vitream immissis affunde

Acidi hydrojodici *P.* 60

vel q. s., ut inter seponendum agitandumque solutio efficiatur. Liquorem filtra, filtrum paulo Aquae destillatae eluendo. Liquidum limpidum, in patinam porcellaneam infusum, injectis

Sacchari albi *P.* 100,

quam celerrime calefac, ut inter ebullitionem fiat syrupus, cujus pondus exaequet

Partes 160.

Syrupus statim in lagenulis minoribus optime obturatis et plane repletis loco aprico servetur. *P.* 100 continent *P.* 5 Mangani jodati.

Syrupus Mannae.

Syrupus mannatus.

Rp. Mannae electae 50,0

Aquae destill. 200,0.

Solve. Colaturae filtratae adde
Sacchari albi 250,0.
Ebulliant, ut fiat syrupus 500,0 ponderis. *Ph. Germanica.*

**Syrupus
Mannae cum Rheo.**

Syrupus Rhei cum Manna.
Rp. Syrupi Sacchari cum Manna
Syrupi Rhei aa P.
Misce.

Syrupus Matico.

Rp. Foliorum Matico conc. P. 10
Aquae P. 100.
E cucurbita vitrea calore balnei
arenae destillent P. 10. Quod in cucurbita remanet, exprimendo coletur. Colatura sedimentando decanthandoque depurata ad P. 26 remanentes evaporando redigatur, in quibus, li-
quore destillando elicito admixto,
Sacchari albi P. 65
digerendo solvantur.
Syrupi P. 10 continent solubile e
parte una Foliorum Matico.

Syrupus menthatus.

Syrupus Menthae *Ph. Germ.*
Rp. Fol. Menth. pip. P. 20.
Minutim concisis insperge
Spiritus Vini P. 10,
tum affunde
Aquae destill. P. 120.
Macera per diem unum, interdum
agitando, tum cola. Colaturae P. 80
cum
Sacchari albi P. 120
in syrupum redige. Pondus syrupi
P. 200 expleat. *Ph. Germ.*

Syrupus mercurialis

Cuisinieri.
Syrupus Sarsaparillae comp. Cuisinieri.
Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 0,02.
Solve in
Syrupi Sarsaparillae comp.
100,0.

Syrupus Monesiae.

Rp. Extracti Monesiae pulv. 2,5.
Solve digerendo in
Syrupi Sacchari 97,5.

**Syrupus
Monesiae compositus.**

Rp. Syrupi Monesiae 70,0
— Diacodii
— Flor. Aurantii aa 15,0.
Misce.

Syrupus Morphini.

Rp. Morphini acetici 0,1.
Solve in
Syrupi Sacchari 200,0
Acidi acetici diluti *Gutt.* 5.
Aequali modo paretur

Syrupus Narceini.

**Syrupus
Morphini compositus.**

Rp. Extracti fluidi Ipecacuanhae
1,0
— — Senegae 50,0
— — Rhei 8,0
Morphini hydrochlorici 0,25
Syrupi Sacchari 440,0.
Mixtis adde
Olei Sassafras 0,5
solutum in
Spiritus Vini 10,0.
Tum fortiter agita conquassaque.
(*Nat. Form.*)

**Syrupus
Morphini hydrochlorici.**

Rp. Morphini hydrochlorici 0,1.
Solve in
Syrupi Sacchari 200,0.
Ph. Gall. praecipit. Morph. hydrochl.
0,5, Aq. 10,0, Syrupi Sacchari frigide
parati 990,0. Syrupi 20,0 contineant
0,01 Chlorohydratis morphici.
Aequali modo paretur:

**Syrupus Morphini
sulfurici.**

Syrupus Musci corallini.

Syrupus Helminthochorti. *Sirap de
Mousse de Corse.*
Rp. Musci corallini P. 400
Aquae fervidae P. 1500.
Coque per horam dimidiam et ex-
primendo cola. Colaturae P. 1100 adde
Sacchari albi P. 2000.

Ebulliendo fiat syrupus, cui addatur infusum filtratum, digerendo paratum e

Coccionellae contusae P. 2

Aluminis P. 1 et Aquae P. 20.

Ph. Gall. rejicit Coccionellas et Alumen. Syrupus e musco, aqua et saccharo, ut antea notatum est, paratur.

Syrupus Narcissi.

Rp. Florum Narcissi pseudonarcissi siccati P. 10

Aquae ferventis P. 120

Spiritus V. rectfss. P. 20.

Digere per noctem unam. In colaturae filtratae P. 120 solve digerendo Sacchari albi P. 210, ut fiat syrupus.

Syrupus

Natri hypochlorosi.

Syrupus Natri chlorati.

Rp. Liquoris Natri hypochlorosi 25,0

Syrupi Sacchari 60,0.

In mixtis solve agitando

Sacchari albi 15,0.

Syrupus

Natri hypophosphorosi.

Rp. Natri hypophosphorosi 2,0

[¹] Natri carbonici crystallisati 0,5

Syrupi Sacchari 200,0.

Digerendo solve et serva.

Rp. Calcariae hypophosphorosae P. 20

[²] Natri carbonici crystallisati P. 40.

Conterendo mixtas superfunde

Aquae destill. calidae P. 720.

Digere per horae quadrantem, interdum agitando, et filtra. In colaturae P. 720 digerendo solve

Sacchari albi P. 1300.

Serva in lagenis bene obturatis, loco frigido. Cave, ne syrupus reactionem acidulam, ope chartae exploratoriae caeruleae indagandam, praebat.

Partes centenae syrui continent partem unam hypophosphitis natri.

Syrupus

Natri hyposulfurosi.

Syrupus Natri subsulfurosi Mouchoni.

Rp. Natri hyposulfurosi 6,0.

Solve in

Aquae destill. 17,0

Syrupi Sacchari 78,0.

Paretur, quoties usus poscit. *Dos.:* Cochlear thearium ter quaterve per diem (morbus zymoticus, dermatosis chronica).

Syrupus Natrii chlorati.

Rp. Natrii chlorati 12,5

Aquae destill. 20,0

Sacchari albi 40,0.

Ebulliendo fiat syrupus, cui adde

Aquae Lauro-Cerasi 3,0.

Syrupus Natrii sulfurati.

Syrupus Monosulfureti sodici.

Rp. Natrii monosulfurati cryst. 1,0

Aquae destill. 10,0

Syrupi Sacchari 990,0.

Solve et misc. 20,0 syrui continent 0,02 sulfureti. *Ph. Gall.*

Syrupus Oleae

foliorum.

Rp. Extracti Oleae Europaeae foliorum P. 1.

Solve in

Syrupi Sacchari P. 20.

Syrupus

Olei Jecoris Aselli.

Rp. Olei Jecoris Aselli flavi 40,0

Gummi Arabici 20,0

Aquae Menthae pip. 30,0.

Lege artis commisceantur, ut fiat emulsio, cui agitando admisce

Syrupi Sacchari 110,0

Aquae Amygdalar. amar. 1,0.

Nota. Partes 100 syrui continent Partes 20 Olei Jecoris.

Syrupus Ononidis.

Rp. Radicis Ononidis P. 20

Fructus Foeniculi P. 10.

Contusis affunde

Aquae fervidae P. 150.

Stent in digeſtione per 12 horas.
In colaturae filtratae

Partibus 120

ſolve digerendo

Sacchari P. 220,

ut fiat ſyrupus.

Syrupus opiatuſ.

Syrupus Papaveris. *Ph. Fenn.*

Sirup thébaïque Ph. Gall.

Rp. Tincturae Opii ſimpl. 1,0

Syrupi Sacchari 100,0.

Miscee.

Ph. Gall. Extr. Opii 2,0, Aquae 8,0,

Syrupi Sacchari 990,0.

Syrupus pectoralis *Ph. Gall.*

Sirup d'espèces pectorales.

Rp. Specierum pectoralium 100,0

Aquae ebullientis 1200,0

Sacchari albi 2000,0

Aquae florum Aurantii 50,0

Extracti Opii 0,3.

Species aqua ſuperfusae digerantur per horas ſex, vae claueo, tum exprimantur, ut colaturae ſint *Gm.* 1100,0, quibus filtratis Extractum Opii ſolutum in Aqua florum Aurantii, deinde Saccharum addantur. Calore balnei aquae vaeque claueo fiat ſyrupus, qui coletur. *Ph. Gall.*

Syrupus pectoralis

Jackson.

Syrupus antitufficuſ. *Jackson's Pectoral Syrup. Jackson's Cough Syrup.*

Rp. Morphini hydrochlorici 0,25

[¹] Olei Saffafras *Gutt.* 8.

Mucilaginis Gummi Arabici 100,0

Syrupi Sacchari 400,0.

Conquaffando ſolutio efficienda eſt.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,05

[²] Olei Saffafras *Gutt.* 2

Syrupi Acaciae 100,0.

Miscee agitando.

Syrupus pectoralis

Lamouraux.

Rp. Syrui Liguiritiae

[³] Syrui Rhoeados

Mucilaginis G. Arabici aa 50,0

Saccharolati Lich. Island. 6,0

Extracti Opii 0,1.

Solve et miſce.

Syrupus pectoral. Maroncellii.

Tinct. Ipecac. 1, Tinct. Digital. 5,

Tinct. Bellad. 4, Syrup. Bals. Tolut. P. 250, Syrui Sacch. P. 2000. M.

Syrupus Pepsinae

Corvisartii.

Rp. Pepsinae P. 10

[¹] Acidi citrici P. 2

Glycerinae P. 25.

Conterendo bene mixtis adde

Syrui Cerasorum P. 165.

Recens paretur.

Syrupus Pepsini (Tosii).

Rp. Pepsini 2,5

[²] Acidi hydrochlorici 2,0

Syrui Aurantii flor. 100,0.

Solve macerando.

Syrupus Pepsinae (normalis).

Rp. Pepsinae concentratae pulv.

[³] 15,0

Acidi hydrochlorici (25 %) 10,0

Glycerinae 50,0

Syrui Aurantii flor. 530,0.

Mixta per diem ſepone et ſaepe agita, deinde decantha vel filtra.

Syrupus pertufficariſ

(Hiriart).

Keuchhustensaft.

Rp. Kalii bromati 15,0

Tincturae Aconiti 10,0

Syrui Bals. Tolutani 1000,0.

Solve et miſce. *Dosis:* Adulto hora quaque quarta vel quinta cochlear cibarium, infanti hora quaque quinta vel ſexta vel ſeptima cochlear thearium (tuffis convulfiva, pertuffis).

Syrupus Picis.

Syrupus Picis liquidae. *Syrup of Tar.*

Rp. Aquae Picis P. 70

Sacchari albi P. 130.

Fiat calore medico ſyrupus.

Syrupus Pini gemmarum.

Rp. Gemmarum Pini silvestris
100,0

Aquae fervidae 1000,0.

Digere per diem dimidium. Colaturae partibus centenis adde Sacchari partes 180. Fiat l. a. syrupus. *Ph. Gall.*

Syrupus Piperoidi.

Rp. Tincturae Piperoidi *P.* 1
Syrupi Sacchari *P.* 25.

Misce conquassando et cola per linteam.

Syrupus**Pruni Virginianae.**

Syrup of wild Cherry.

Rp. Cort. Pruni Virgin. (Pruni serotinae) gr. pulv. *P.* 12.
In vas detrusorium immissis affunde
Aquae destill. *P.* 15.

Vase clauso, macera per horas triginta, tum

Aquae destill. q. s.

affunde, ut detrudendo percolandoque colaturae *P.* 40 coacervetur. Huic colaturae adde

Sacchari albi *P.* 60

Glycerinae *P.* 5

et saepius agita, ut solutio efficiatur, tum cola.

Syrupus Pulmonum vitulinorum compositus.

Sirope de mou de veau.

Rp. Pulmonum vitulinorum *P.* 100

Dactylorum

Jujubarum

Passularum $\widehat{a}a$ *P.* 15

Radicis Consolidae majoris

Radicis Glycyrrhizae $\widehat{a}a$ *P.* 5

Foliorum Pulmonariae *P.* 15

Aquae ebullientis

Sacchari albi $\widehat{a}a$ *P.* 200.

Pulmones in frustula dissecti, tum aqua frigida abluti una cum ceteris speciebus aqua ebulliente superinfundantur et calore balnei aquae, vase clauso, per horas sex digerantur. Tum colatura exprimendo effecta atque decanthando purgata albumine ovi defaecetur, deinde adjecto saccharo fiat

Hager.

decoquendo defaecandoque syrupus densitatis 1,27. *Ph. Gall. vet.*

Syrupus**Pulmonum Vulpium.**

Fuchslungensaft.

Rp. Elixir Succu Liquiritiae 10,0

Syrupi Sennae

Syrupi Sacchari $\widehat{a}a$ 30,0

Glycerinae 15,0.

Misce.

Syrupus Raphani.

Syrupus Sinapis. Syrupus pectoralis Meyer. *Rettigsaft.*

Rp. Syrui Sacchari 200,0

Spiritus Sinapis 2,0.

Fortiter conquassa, tum seponere per horam unam loco umbroso. *Usus:* Cochlear thearium pluries per diem (blemothorax, asthma humidum et pituitosum).

Syrupus Ratanhae.

Syrupus Krameriae.

Rp. Extracti Ratanhae 5,0.

Solve digerendo in

Syrupi Sacchari 195,0.

Cola. *Ph. Gall.*

Ph. U. St. Extr. fluid. Ratanh. (Krameriae) 35, Syr. Sacch. 65.

Syrupus Rhei.

Rp. Radicis Rhei 60,0.

[¹] In taleolas concisis adde

Kali carbonici puri

Boracis $\widehat{a}a$ 6,0

Aquae 480,0.

Macera interdum agitando per horas duodecim. Colatura leni modo expressa, usque ad ebullitionem calefacta post refrigerationem filtretur. Colaturae huic filtratae 360,0 adde

Aquae Cinnamomi (spirit.)

120,0

Sacchari albi 720,0.

Ebullitione unica fiat syrupus ponderis 1200,0. *Ph. Germ.*

Ph. Brit. Rad. Rhei gr. pulv. et Fruct. Coriandri gr. pulv. ana 20,0, Spirit. rectifss. 66,0, Aquae 240,0, Sacch. 240,0. Percolando syrupus paretur. Pond. syrui 400,0. Pd. sp. 1,310.

Syrupus Rhei leniens.

Syrupus Rhei *ad usum mercatorum.*
Rhabarbersaft für Kinder.

Rp. Radicis Rhei 60,0

[²] Cassiae cinnamomeae 15,0

Corticis Frangulae 30,0

Kali carbonici 6,0

Boracis 3,0

Glycerinae 100,0

Aquaе destill. 300,0.

Macera per diem unum, tum exprime.
Residuo affunde

Glycerinae 50,0

Aquaе destill. 200,0.

Digere per horas tres, tum denuo
exprime. Colaturas commixtas per diem
sepone, tum filtratas et evaporando ad
550,0 redactas cum

Sacchari albi 900,0

ebullitione unica in syrupum redige.

**Syrupus
Rhei aromaticus.**

Rp. Tincturae Rhei aromaticae 10,0

Syrupi Sacchari 90,0.

Misc. *Ph. U. St.***Syrupus
Rhei compositus.**Syrupus Infantium. *Kindersaft.*

Rp. Radicis Rhei

Corticis Frangulae aa 15,0

Kali carbonici 5,0

Concisis et contusis affunde

Aquaе fervidae 250,0.

Stent per tres horas; tum expri-
mendo colentur. In colaturae decan-
thatae vel filtratae 200,0 Grammatis
solve ebullitione unica

Sacchari albi 325,0.

Solutionem colatam et refrigeratam
commisce cum

Tincturae Cinnamomi 30,0.

Sirup de Déodat. Syrup. Rhei comp.
10, Syr. Sennae 5, Tinct. Zingib. $\frac{1}{3}$. M.**Syrupus Rhoeados.**Syrupus Papaveris (rubri s. Papaveris
erratici). *Sirup de Coquelicot.*

Rp. Florum Rhoeados 10,0.

Concisis affunde

Aquaе fervidae 105,0

Spiritus Vini rectfss. 25,0.

Stent per unam noctem. In cola-
turae filtratae Grammatis 100,0 solve
digerendo

Sacchari albi 175,0.

Simili modo paretur:

Syrupus Farfae herb.**Syrupus Rhoeados.**

Pharmacopoeae Germanicae.

Rp. Florum Rhoeados recentium
300,0.

Superfusa

Aquaе fervidae 500,0

macera per noctem unam, tum cola
paullulum tantum premendo. In cola-
turae Grammatis 500,0 solve

Sacchari albi 900,0,

ut fiat syrupus. Mense Junio paretur.

Syrupus Ricini.

Rp. Seminis Ricini 30,0

Gummi Arabici 5,0

Aquaе destill. 10,0.

Contundendo ad massam tenerrimam
reducta commisceantur cum

Aquaе Flor. Aurantii 60,0.

In colatura expressa solve digerendo

Sacchari albi 100,0.

Eodem modo paretur:

Syrupus Andae sem.**Syrupus****Rosarum rubrarum.**Syrupus Rosae. Syrupus Rosae
Gallicae.Rp. Florum Rosarum rubrarum
(Rosae Gallicae et Damasce-
nae) P. 30.

Concisis affunde

Aquaе fervidae P. 130.

Stent per 12 horas, tum exprimendo
cola. In colatura filtrata

Partium 100

solve digerendo

Sacchari albi P. 180,

ut fiat syrupus.

Ph. U. St. Extr. fluidi Rosae 10,
Syrupi Sacchari 90. M.

Syrupus Rubi.*Syrupus of Rubus.*

Rp. Extracti fluidi Rubi rad. (Rubi villosi, Canadensis etc.) 20,0
Syrupi Sacchari 80,0.
Misc. Ph. U. St.

Syrupus Sacchari.*Syrupus simplex.*

Rp. Sacchari albi P. 6.
[¹] Solve leni ebullitione in
Aqua destillatae P. 4.
Solutio adhuc calida per linteum
coletur.

Syrupus Sacchari frigide paratus
Ph. Gall.

Sirap de sucre à froid ou incolore.

Rp. Sacchari albi P. 18
[²] Aqua destillatae P. 10.
Sepone interdum agitando, ut solu-
tio efficiatur, tum filtra. Pd. sp. 1,32.
Usus: Ad solutionem salium Alka-
loidium variorum, salium ferri-
corum, et ferrosorum, sulfuretorum,
sodium calciorum, Acidi hydrocyanici etc.

Syrupus Sacchari inversi.*Fruchtzuckersyrup. Invertzuckersyrup.*

Rp. Sacchari albi P. 100
Aqua destillatae P. 300.
In ahenum cuprinum ingesta usque
ad ebullitionem calefac, tum in cupam
ligneam statim infunde et liquori calido
inter agitationem sensim adde
Acidi sulfurici concentrati puri
P. 1.

Post diem unum inter agitationem
admisce

Marmoris albi pulv. P. 1
vel q. s., ut liquor agitatus post horam
unam plane neutralis sit. Liquor
filtratione, filtrum aqua eluendo, clari-
ficatus evaporetur ad P. 160—165 re-
manentes.

Syrupus Sanguinariae.*Syrup of Bloodroot.*

Rp. Rhizomatis Sanguinariae Canadensis 100,0

Acidi acetici 30,0
Aqua destill. q. s.

Macerando et percolandoque extractio
efficiatur, ut colaturae pondus gram-
mata 210 adaequet. Colaturam affu-
sam ad

Sacchari albi 300,0
ebulliendo in syrupum muta.

Syrupus Sanitatis*Berolinensis.*

Rp. Extracti Gentianae 1,0
[¹] Extracti Millefolii 2,0.
Solvantur in
Mellis depurati 110,0.

Solutis admisce miscelam paratam e
Mellis depurati
Spiritus V. rectfss. aa 10,0.
Serva in vitris obturatis.

Rp. Rhizomatis Iridis Florent. 4,0
[²] Radicis Gentianae
Herbae Mercurialis aa 2,0
Foliorum Buglossi (Anchusae)
— Boraginis aa 1,0.

Concisis affunde
Vini Gallici albi 28,0.

Macera per sex dies, tum exprimendo
cola. Colatura filtrata commisceatur cum
Mellis depurati 100,0
et calore balnei vaporis ad remanentia
grammata 100,0 evaporetur. Postremum
coletur.

Nota. Syrupus Vitae longae
Syrupo Sanitatis similis est. Cf. p. 759.

Syrupus Santoninae.

Rp. Santoninae tritae 1,0.
Solve digerendo in
Spiritus Vini rectfss. 20,0.
Tum adde
Syrupi Sacchari calefacti
230,0.

Syrupus Sarsaparillae.

Rp. Syrupi Sacchari 75,0
Decocti Sarsaparillae concen-
trati 25,0.
Misc.

**Syrupus
Sarsaparillae compositus.**

Extractum Sarsaparillae comp. Syrupus sudorificus. Roob Laffecteur. Roob antisiphiliticum. Syrupus antisiphiliticus. *Sirop de Laffecteur ou de Cuisinier.*

- Rp. Radicis Sarsaparillae concisae 120,0
Ligni Guajaci raspati
Ligni Sassafras concisi
Rhizomatis Chinae concisi aa 80,0
Corticis Chinae fusci contusi 40,0
Fructuum Anisi contus. 15,0.
Superfusa
Aquae destillatae fervidae 1250,0

stent inter lenem digestionem per aliquot horas, tum exprimantur. Colatura filtrata evaporetur in balneo vaporis ad remanentia Grammata 400,0 in quibus solvantur

Sacchari optimi 650,0,
ut fiat syrupus.

**Syrupus
Sarsaparillae jodatus.**

Sirop de Bochet jodé.

- Rp. Kalii jodati 2,0.
Solve in
Syrupi Sarsaparillae compositi 100,0.

Syrupus Scillae.

Syrup of Squill.

- Rp. Aceti scillitici 40,0
[¹] Sacchari albi 65,0.
Calore balnei aquae fiat syrupus. Colatura grammata 100,0 expleat.
Ph. Brit. Aceti Scillae 20,0 Sacchari 40,0. Leni calore solutio efficiatur.
Dosis: 2,0—4,0. *Pd.* sp. 1,345.

Syrupus Scillae compositus.

- Syrupus Scillae *Ph. Fenn.* Oxysaccharum scilliticum. *Hive Syrup.*
Rp. Aceti scillitici 100,0
[²] Cassiae cinnamomeae
Rhizomatis Zingiberis aa 5,0.

Post digestionem in vase vitreo per triduum colentur, et addantur

Sacchari albi 155,0.

Fiat una ebullitione in vase porcellaneo et colando syrupus.

Ph. Fenn. Rhiz. Zingib. *P.* 1, Bulbi Scill. *P.* 2, Aq. Menth. pip. *P.* 35, Sacch. *P.* 65. Pond. syrui = *P.* 100.

Ph. U. St. Bulb. Scill. et Rd. Senegae ana 120 affundendo Spirit. V. et Aq. dest. ana p. 150 modo macerationis, tum affundendo Spirit. Vini dil. (45 bis 50%) modo deturbationis extrahantur. Colatura p. 900. Evaporando ad 360 p. remanent. redactis adde Aq. fervidae 150. Haec mixtura fervida facta contere cum Calcii phosphorici p. 9, tum filtra, filtrum Aq. eluendo, ut liquor filtratus p. 750 expleat. In hoc liquore solve agitando (calorem non adhibendo) Sacchari albi p. 1200. Colatura peracta syrupo admisce Tartari stibiati p. 3, solut. in Aq. calidae p. 47.

Syrupus Secalis cornuti.

Syrupus Ergotinae.

- Rp. Extracti Secalis cornuti 2,0
[¹] Syrui Sacchari 100,0.
Solve.

Syrupus Secalis cornuti vinosus.

- Rp. Secalis cornuti pulv. 10,0.
[²] Macera per quatuor dies in
Vini Malacensis q. s.
In colaturae Grammaticis 60,0 solve
Sacchari albi 100,0.
Fiat syrupus.

Syrupus sedativus

Delabarrei.

- Sirop de dentition de D. Delabarre.*
Rp. Tincturae Croci 15,0
Tincturae Ipecacuanhae 2,5
Syrui Rhei
Syrui Liquiritiae aa 100,0.
Misce.

Syrupus sedativus

Infantium.

- Ruhsaft. Beruhigungssaft.*
Rp. Syrui Rhei
[¹] — Sennae
Mellis rosati aa *P.*
Misce.
Rp. Magnesiae ustae 1,0

[2] Syrupi Sacchari

— Rhei aa 75,0.

Misce, digere per aliquot horas, saepius agita et cola.

Rp. Syrupi Diacodii

[3] — Rhei compos. aa P.

Misce.

Syrupus Senegae.

(Syrupus Polygalae.)

Rp. Radicis Senegae conc. 20,0.

Affunde

Aquae 180,0 et

Spiritus V. rectfss. 20,0.

Macerate per duos dies, tum exprime et filtra.

In colaturae filtratae Grammatidis 160,0 solve ebulliendo.

Sacchari albi 240,0.

Pondus syrupi sit 400,0. (*Ph. Germ.*)**Syrupus Sennae.**

Syrupus mannatus. Syrupus Mannae compositus.

Syrupus Sennae cum Manna.

Rp. Foliorum Sennae concis. 100,0

[1] Fructus Foeniculi cont. 10,0.

Superfusa

Spiritus V. dilut. 50,0

Aquae fervidae 550,0

stent per 12 horas, interdum agitata, tum colentur. In colatura solve

Mannae communis 100,0.

Post sedimentationem liquorem decantha et filtra. In colaturae grammatis 600,0 solve ebulliendo

Sacchari albi 650,0,

ut fiat syrupus.

Ph. Aust. Syrupus mannatus: Fol. Sennae 35, Fruct. Anisi stell. 2, Aq. fervid. 350. Inf. per bihorium. In colaturae 250 solve Sacch. 400, Mannae 100.Syrupus Sennae *Ph. Germ.*

Rp. Foliorum Sennae 10,0

[2] Fructus Foeniculi 1,0

Spiritus Vini 5,0

Aquae destill. 60,0.

Macerate p. horas 12. Colatura sine pressione collecta et semel ad ebullitionem calefacta in vase clauso seponatur, dein refrigerata filtretur. Par-

tes septenae (7) colaturae filtratae cum Sacchari p. 13 in syrupi p. 20 redigantur. (*Ph. Germ.*)*Ph. Brit.* praecipit: Fol. Sennae 160,0, Aquae dest. 1000,0 vel q. s. Infusum expressum evaporetur ad 100,0 remanentia. Refrigeratis addantur Olei Coriandri gutt. 4, solut. in Spiritus 30,0. Postea filtretur, filtrum aquam destill. affundendo eluatur, ut liquoris filtrati sint 160,0, quae cum Sacchari 240,0 in syrupum commutentur. Pondus syrupi 400,0 expleat. Pd. spec. 1,310. *Dosis:* 4,0—15,0.*Ph. U. St.* Syrupus Sennae. Fol. Senn. 33,0, Aq. 160,0. Dig. calore 50° C. non excedente p. horas 24 et exprimendo cola. Residuum denuo superfunde Aq. 70,0 et eodem calore p. horas 6 seponere, tum exprimendo cola. Colaturae mixtae, evaporando ad 30,0 redactae, refrigeratae adde Spir. Coriandri (1% olei aeth. cont.) 4,0, dein filtra, filtrum aq. eluendo, ut liquoris filtrati sint 40,0, quae c. Sacch. 60,0 sine calore in syrupum redige.**Syrupus****Sennae compositus.**

Syrupus laxativus Infantium.

Rp. Extracti fluidi Sennae 60,0

— — Frangulae

— — Rhei aa 20,0

Syrupi Sacchari 380,0.

Mixtis inter agitationem admisce

Olei Anisi 0,5

solutum in

Spiritus Vini 30,0.

Syrupus Spigeliae

Anthelmiae.

Rp. Radicis siccatae concisae Spigeliae Anthelmiae 10,0

Aquae 50,0

Spiritus Vini rectfss. 10,0.

Stent in digestionem, vase clauso, per octo horas, tum exprimendo colentur.

In colaturae filtratae Grammatidis 50,0 solve digerendo

Sacchari albi contusi 80,0,

ut fiat syrupus.

Syrupus Spinae cervinae.Syrupus Rhamni catharticae. (Syrupus domesticus.) *Sirap de Nerprun.*

Paretur e Baccis Spinae cervinae

recentibus et plane maturis, uti Syrupus Berberidum (pag. 733).

Syrupus domesticus.

Syrup of Buckthorn Berries.

Rp. Baccarum maturar. Rhamni catharticae q. v.

Conquassentur et massa pulposa tandiu (20° C.) seponatur, donec succi filtrati volumina duo cum volumine uno Spiritus Vini (90%) commixta liquorem fere limpidum praebant. Tum succus exprimendo colligatur.

Succi hujus 300,0

per pannum laneum filtratis addantur Sacchari albi 500,0.

Solvantur et colentur colaturae addendo in sacculo laxo inclusa

Fructus Anisi contusi 8,0

Rhizomatis Zingiberis concisi

Cassiae cinnamomeae cont.

Caryophyllorum aa 4,0.

Deinde ebulliendo et despumando fiat syrupus coloris sordide rubri.

Ph. Germ. nova. Illius succi filtrati p. 7 cum Sacchari p. 13 in syrupum redigantur, ut syrupi pondus p. 20 expleat (Syrupus Rhamni cathart.).

Syrupus Stillingiae compositus.

Rp. Extracti fluidi Stillingiae compositi 100,0

Talci purificati 8,0

Sacchari albi 200,0

Aquae destill. 110,0.

Misce et filtra. Syrupi pondus 400,0 g adaequet.

Syrupus stomachicus.

Rp. Syrupi Liquiritiae Ipecacuanhae

Mellis rosati aa 10,0

Tincturae amarae 2,0.

Misce.

Syrupus Strychnini.

Rp. Strychnini nitrici vel sulfurici 0,05.

Solve in

Syrupi Sacchari 200,0.

Ph. Gall. praec. Strychnini sulfurici 0,05, Aquae 4,0, Syrupi Sacch. 196,0.

Syrupus Styracis.

Rp. Styracis liquidi 2,0

Aquae calidae 25,0.

Digere interdum agitando. Post refrigerationem filtra. In colatura solve Sacchari albi 40,0, ut fiat syrupus.

Syrupus Succi Herbarum.

Rp. Succis recentis Herbarum (Cichorei, Fumariae, Chaeremifoliae, Nasturtii, Taraxaci etc.) q. v.

Succi leniter ebullientes colentur. In Colaturae 500,0 solve digerendo

Sacchari albi 900,0,

tum admixtis albuminibus ovorum galinaceorum trium in spumam redactis ebulliendo despumandoque fiat syrupus, qui coletur.

Syrupus Terebinthinae.

Rp. Terebinthinae Alsaceae (Pini Piceae L.) 100,0

Syrupi Sacchari 1000,0.

Digere saepius agitando per horas duas, aquam interea evanescentem restituendo. Tum sepone et syrupum per chartam filtra. *Ph. Gall.*

Syrupus contra tussim convulsivam.

Keuchhustensaft.

Rp. Radicis Ipecacuanhae 5,0

Croci 10,0

Rhizomatis Zingiberis 100,0

Foliorum Sennae 50,0

Herbae Ledi palustr. 250,0.

Contusis et concisis affunde

Aquae fervidae 2000,0

Spiritus Vini rectif. 400,0.

Stent per unam noctem. In colaturae expressae filtratae Grammatibus 2000,0 solve digerendo

Sacchari albi 3500,0.

Dosis: Die uno ter quaterve cochlear parvum vel majus.

Coxe's hive-syrup.

Rp. Radicis Serpentariae Virgin.

Bulbi Scillae aa 20,0

Aquae frigidae 200,0.

Digere per horas sex. Colaturae adde

Sacchari albi

Mellis depurati aa 100,0.

Evaporando ad densitatem syrupi redactis admiscee

Tartari stibiati 0,05.

Syrupus Tragacanthae.

Rp. Tragacanthae 0,2

Sacchari albi 1,0.

In pulverem subtilissimum terendo redacta commisceantur cum

Syrupi Sacchari 60,0.

Syrupus Uvae Ursi.*Sirup de busserole.*

Rp. Foliorum Uvae Ursi 100,0

Aquae fervidae 600,0.

Stent per horas duodecim, tum exprimendo colentur. Colatura evaporetur ad Grammata 300,0 remanentia usque, quibus admisceantur

Spiritus Vini rectifss. 80,0.

Post diem unum mixtura filtretur et additis

Sacchari albi 630,0

calore leniore (35°) in syrupum redigatur.

Syrupus Violarum.Syrupus de Violis. *Sirup de Violette.*

Rp. Florum Violae odoratae recentium et calycibus liberatorum 100,0.

Aqua tepida abluta in mortario porcellaneo ad pastam mollem contundantur. Tum affunde

Aquae destill. calidae 300,0.

Stent in vase stanneo per horas sex, tum colentur exprimendo. In colaturae filtratae Grammatas 250,0, solve, non adhibito calore,

Sacchari albi 435,0.

Solutione peracta, digere calore 50° Cels. therm. non superante per horae quadrantem et cola.

Sit syrupus coloris caerulei, addito Liquore Kali carbonici in viridem mutandi, odoris Violarum. In lagenis

minoribus et plane repletis, a luce remotis servetur. Aqua, quae floribus infunditur, sit ab Ammonio plane libera.

Eodem modo paretur:

Syrupus Persicorum florum etc.**Syrupus Vitae longae.**

Mellitum s. Syrupus Mercurialis compositus.

Rp. Radicis Gentianae 30,0

Radicis Iridis Florent. 60,0.

Concisis affunde

Vini albi 375,0

Succi Mercurialis annuae

1000,0

Succi Boraginis officinalis

Succi Anchusae off. vel Ita-

licae aa 250,0.

Macerata per diem unum, tum exprimendo cola. Colatura commisceatur cum

Mellis depurati P. 1500,0

et evaporetur ad spissitudinem syrupi.

Syrupus Zingiberis*Ph. Brit.*

Rp. Tinct. Zingiberis fortioris 5,0

Syrupi Sacchari 200,0.

Miscē. *Ph. Brit.**Dosis:* 4,0.**Tabulae pectorales**

(rubrae).

(Brustkaramellen.)

Rp. Radicis Iridis Florentinae

— Althaeae aa 3,0

— Liquiritiae

Gummi Arabici aa 15,0

Elaeosacchari Anisi stellati

— Flor. Aurant. aa 2,0

Tragacanthae 0,5

Sacchari albi 200,0.

Subtilissime pulveratis mixtisque adde infusum paratum e

Coccionellae 1,0

Aluminis 0,6

Aquae destill. q. s.,

ut fiat massa, quae in tabulas rhomboideas redigatur et siccetur.